

B. N. II 355⁰⁶
H. 69, 11.

(X 187 7943)

II K
2666

I. N. J.

TRACTATUS
DE

MESSE,

VON

Grunden = Recht.

O. & S.

AHASVERI FRITSCHII D.

JENÆ,


Sumptibus JOHANNIS Bielden / Bibliop.

ANNO M. DC. LXXIV.

BIBLIOTHECA
POWICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



wb.



Ad Lectorem.



Um ob perturbatissimum ac periculosissimum communis Patriæ Germaniæ statum hodiernum animus perturbaretur, visum est à severioribus studiis ad jucundiora eum aliquantum avocare, & præsentis temporis ratione habitâ, in hisce messium feriis, paucula quædam *de Messe*, & quæ circa eam *legalis considerationis*, in gratiam Studiosæ juventutis, adnotare, quæ qualiacunque fuerint, ut Benivolus Lector æqui bonique consulat, rogamus. *Dab. è Museo, Rudelst. d. 4. Aug. Anni cl. loc. LXXIII.*

SERIES CAPITUM.

CAPUT I.

De Etymolog. voc. Messis: & originatione voc. Ernde.

II.

De tempore Messis.

III.

De Operis Messoriis, sive ad messem faciendam necessariis, von Ernden-diensten.

IV.

De concessâ diebus sacris ob æeris intemperiem & imbres frugum collectione.

A 2

Cap. I.



V.
*De libertate colligendi spicas in agro derelictas. Von
Aehren lesen.*

VI.
De Decimis fructuum praestandis.

VII.
*De prohibitâ venditione messis futura, seu frumenti
in herbâ.*

VIII.
De feriis messium, Ernd-Ferien.

IX.
De non gravandis Ruricolis in messe occupatis.

X.
De Venationibus tempore messis non exercendis.

XI.
*De Pasculatione, stantibus in agro fructibus, probi-
bitâ.*

XII.
*De Custodibus & Inspectoribus messis, Gluhrschützen/
Seldstüklern.*

XIII.
*De delictorum, quæ circa messem committuntur, pu-
nitione.*

XIV.
De Horreis frumentariis.

TRACTA-

I. N. D. N. J. C.
TRACTATUS

De
M E S S E.

CAPUT I.

*De Etymologiâ voc. Messis; it. de
originatione voc. Ernde.*

SUMMARIA.

*Voc. Messis quid denotet? n. 1. & 3. ejus vocis etymologia. n. 2.
Germanicum Ernden / undè? n. 5.
Ejus appellationes varia. n. 6. 7.*

I.

Vocabulum *Messis* duplicem significatum habet, 1. ^{1.}
denotat *tempus messis*, die *Erndenzeit* / 2. ipsas
fruges messas; Undè Germanis dicitur *eine reiche* /
item, *eine schlechte Ernde*. *Messis* autem vocula ^{2.}
est à verbo *metere*, quod generaliter est *fructum decerpere*, ut
segetem, *uvam*. Vet. Voc. *metere*, *secare*, & *proprie segetes col-*
ligere. Et *Messis* est *præcipue aristarum collectio*. Græcis di- ^{3.}
citur *ἀμντος*, ex *ἀμάν* *metere*, undè & Germanicum *mâhen*.
Martin. in *Etymolog. v. meto*. Apud Hesiodum, *ἀμαθῆν*, *ἑρῆ-*
ζην, *metere*. Verbum autem *ἀμάν* derivant ab *ἀμα* *simul, cum*. ^{4.}
Hesych. *ἀμάν*, *ἑρῆζην*, *διὸ τὸ ἀμα ἀνέχεν*. Germanis *Ernden* /
Einernden ist *Frucht einsamlen*. Vocula autem *Ernde* vi- ^{5.}
detur deduci posse ab *Acher* / *Arista*: est enim *messis* nil a-
liud quàm *aristarum collectio*. Martin. *Lexic. Etymol. d. loc.*

A 3

Dicitur

6. Dicitur autem ad differentiam messis *foeni*, die *Heu-Ernde/*
it. vindemia, *Weinlese/* messis frugum, die *Schneid-Ernde/*
 7. *Getreid-Ernde/Korn-Ernde/* &c. Italis dicitur, *raccolta*
di frumento; Gail. *la moisson*. Hisp. *la miesse*. Angl. *Harvest*.

CAPUT II.

De Tempore Messis.

SUMMARIA.

<p><i>Messis tempus pro regionum di-</i> <i>versitate varium n. 1. & seqq.</i> <i>An cuiuslibet liberum sit pro arbi-</i> <i>trio fruges maturas demetere?</i> <i>n. 3. & seqq.</i></p>	<p><i>Quid jure Württembergico &</i> <i>Bavarico cautum? n. 4. &</i> <i>seqq.</i> <i>Præfinitionis temporis messis &</i> <i>vindemia ratio n. 6. & 10.</i></p>
---	--

I.

1. **M**essis tempus, die *Ernden-Zeit/* pro climatis cœli diversitate, varium est. In nostris regionibus incidit Messis in mensem *Julium*, alibi in *Augustum* & *Septembrem*. Sic in Comitatu superiori *Schvartzburgico* messis tempus variat. Quando enim in locis declivioribus messis est finita, in locis montosis, *uff dem Gebürge/uff dem hohen Walde* accipit initium, & quandoque ob pluvialem tempestatem ante diem *Michaelis* non finitur. Sic antiquitus *Præsides* provinciarum ex consuetudine loci cujusque solebant messis *vindemiarum* causa tempus statuere, ut scripsit *Paulus lib. 1. ad Edictum in l. 4. de feriis*.

II.

3. Quando flava *Ceres* falcem petit, cuius *Patrifamilias*, absque speciali Magistratus concessione permissum est,
 4. segetem demetere. Quod secus est in *vindemiâ*. Plerumque enim à Magistratu inspectis vineis, dies *vindemialis* determinatur. Et si *vindemiator* ante aperturam *vindemiæ*, contra publicum proclama propria autoritate uvas collegerit, statuta-

wy.

tutariâ poenâ plectitur. *Vid. Fürstl. Württemberg. Herbst-ordnung* / quâ in multis partibus explicat Dn. & Amic. Myler. *Metrol. Cap. 20.* De Galliâ id testatur Renat. Choppin. *de Privil. Rustic. lib. 2. c. 7.* ubi ait: Gallicis institutis liberum est agri coloni Domino maturas segetes demetere, sine diei præfinitione. Vindemiam tollere non item. Quippe cum iudicus Dominus subditis interdicit uvæ colligendæ usu intra tempora ab eo præscripta. Sed hæc de messibus interdicta, si-
ve banna, meo quidem iudicio prorsus obsoleverunt. Add. *Capolla, de Serv. rustic. tit. de messe*, qui ait, liberum esse, cuilibet Domino vel colono messem & vindemiam facere pro arbitrio, nisi statuto vel consuetudine cautum sit, ne cui, nisi certo tempore liceat messem facere. Cavendum autem 5. est, ne, quod nonnunquam unius vel alterius ministri imperiti svasu cum damno & incommodo subditorum ob graves imbres & pruinas factum esse meminimus, vindemiæ apertura nimis serò fiat.

III.

Quod verò dies vindemiæ, non autem messis, determinari soleat à Magistratu, ratio diversitatis hæc esse videtur, quòd 1. messis *majori imbrium* ac tempestatum periculo sit subjecta, quàm vindemia. 2. quòd cultura agri non sit æqualis, adeoque fruges modò seriùs, modò citius maturescere soleant. Iniquum enim ac damnosum est, mihi non licere maturam segetem demetere prius, quàm vicini seges ad maturitatem pervenerit. 3. Quod ratio prohibitionis, quæ in colligendis uvis obtinet, scilicet *den schädlichen Vorlesen/* in frugum collectione cesset. Faciliùs etiam constare potest, fruges esse maturas, quàm uvas. Ubi igitur cessat prohibitionis ratio, ibi meritò cessat ipsa prohibitio. Nihilominus tamen quibusdam in locis publicè utile esse potest, ut etiam messis dies definiatur, quemadmodum in Ducatu Württembergico in usu est. *Vid. Ordinatio Württemberg.*

bergica tit. 22. Wie man zu der Ernd- und Herbst- Zeit
schneiden und lesen soll. Ubi ita dispositum legitur :
Nachdem wir befunden/ daß zu der Ernd- und Herbst- Zeit/
durch das früh- und unzeitig schneiden und lesen / in Uns-
serm Herkogthumb/ Uns Unsern Unterthanen/ auch dem ges-
meinen Nutz / bißanhero nicht in geringen Abzugen/ Schaa-
den und Nachtheil begegnet. Dis zu fürkommen/ so befeh-
len und wollen wir / daß nun fürhin/ weder zu Ernd- oder
Herbstzeiten nicht geschnitten / noch gelesen werde / es seyn
denn die Felder zuvor durch die verordneten besichtiget und
zeitig erkennet / und darauff albereit ieden zu schneiden und
lesen zu gelassen worden. Add. Fürstl. Wärentb. Zehend- und
Ernd- Ordnung cap. 2. wie man sich vor angehender Ernd/
mit Besichtigung der Felder verhalten soll. Ibi: Ob gleich-
wohl unsere Landes- Ordnung ganz lauter / daß zu Ernd-
zeiten/ das früh- und unzeitige schneiden / Uns und unsern
Unterthanen / auch dem gemeinen Nutzen / nicht geringer
Abgang / Schaden und Nachtheil begegnet / und zu-
gefüget werde / auch befohlen worden / daß fürhin der
Schnit nicht vorgenommen / oder angegriffen werden
solle / es seyen denn die Felder zuvor / durch die inson-
derheit dazu verordnete besichtiget / und zeitig erkennet / und
darauff allererst iedem zu schneiden zugelassen seyn; So langet
Uns doch gläublich an / daß bißanhero darob wenig gehal-
ten worden/ darumb wollen wir hiermit ernstlich/ daß hinfüh-
ro in Unserm Herkogthumb / darob von Unsern Ambtleu-
ten/ auch Bürgermeistern und Gericht mit Fleiß gehalten/
und wer darwider fürsecklich handeln/ umb einen kleinen Fre-
vel gestrafft werden solle. In Electoratu Bavariæ similis con-
stitutio exstat, quâ præmatura Messis prohibetur. Vid. Bäv-
risch Landrecht. Titul. 28. artic. IX. Von unzeitigen Schnei-
den der Getraide. Verba Constitutionis hæc sunt. Nach-
dem grosser Schaden erfolget / wenn man das Getroid un-
zeitig

wg.

zeitig schneiden / und ehe dasselbige reiff / in die Felde
greiffe / so soll man nicht schneiden / bis daß ein jedes Ges-
traid recht zeitig und reiff worden. Doch wo ein Bauers-
mann so nahend ausgezehret / daß er keine Speise im Hause
hätte / und etwann in einem Orte ein Traid / welches nahend
zeitig / schneiden künfte / mag er solches schneiden / doch daß er
es dem Zehend / Herrn anzeige / damit er sich hernach des Zeh-
ends halben / mit ihme zu vergleichen wisse.

Rationem autem statuentium hanc forte esse posse, ait 10
Cœpolla de servis. rustic. cap. 20. ne ante tempus Domini col-
ligerent propria, & postea accusarent saltuarios de damno
dato: vel si forte in instrumento locationis contineatur, ut
vel colonus vel partiarius non possit messem incidere, nisi
præsente locatore, vel saltem nisi prius sibi factâ notifica-
tione: quibus casibus conventiones vel statuta servanda es-
sent. l. omnes populi de J. & J.

CAPUT. III.

De operis messoris, sive ad messem fa- ciendam necessariis, von Ern- den-Diensten.

SUMMARIA.

Messis multi sudoris & laboris n. 1.		messis orta quomodo sopien- da? n. 10. & seqq.
Opera messoria varia n. 2.		Opera messoria sunt taxanda n.
Rusticorum opera diversa n. 3. & seqq.		13.
Indeterminata quomodo exi- genda? n. 9.		Iniquitas operariorum rura- lium n. 16. & seqq.
Lis de operis messoris tempore		Adducitur Taxa Saxonica n. 19
		Quid jure Württembergico sta- tutum

titulum de hac re? n. 20.

Opera messoria quandoque Pa-
storibus Ecclesie paganica
gratis prestantur à paroe-
cianis n. 23.

Taxa operarum messoriarum
pro varietate locorum vari-
at n. 22.

Messorii merces dietim solvenda
n. 24.

I.

1 **Q**uod DOMINUS ad Adamum Protoplasten dixit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, id cum primis in tempore Messis videre licet; Messis enim multi est laboris ac sudoris; unde Poetæ Græco Ἰεζ & πολυκάματ & dicitur. Omnes operæ messis cum multo sudore perficiuntur tam ab hominibus, quàm ab equis & bobus.

II.

2 Operæ autem messoria, (ut eas appellat Choppinus de
privil. Rustic. l. 2. c. 8.) sunt vel *necessaria*, vel *voluntaria*. Il-
læ, quæ dominis prædiorum à Rusticis debentur, undè Ru-
3 sticorum opera vel servitia dicuntur. Differunt autem illæ
4 pro diversâ conditione hominum & agrorū, Nonnulli rustici
tantum agri à Dominis concessum habent, ut equos & peco-
ra alere possint, & hi rurales debent operas, müssen mit Wa-
gen und Geschirr frohnen / undè Anspanner / Erbanspanner /
5 Hüffener / vocantur. Alii verò domunculam cum uno vel
altero agello, quem alicubi Hinterstätten-Guth / appellant,
possident; & hi saltim manuaras operas præstant, müssen
mit der Hand frohnen, undè Handfröhner appellantur.
6 Nonnunquam Domini jurisdictionales tam iniqui sunt, ut
duplices operas, die Hand- und Pferd-Frohne / à rusticis exi-
gere non vereantur, non pacto, sed usus auctoritate nitentes,
7 quas tamen operas non rarò ab invitis extorserunt, aut ini-
tiò precarii titulo obtinuerunt Præterea ejusmodi operæ vel
certæ, statuto aut pactis determinatæ sunt, quæ gemessene
und gefakte Frohnen dicuntur, v. g. benamte Schnitttage /
Heutäge / gewisse Fuhren; vel incertæ, indistinctæ, indeter-
minatæ,

110

minatae, ungemessene Frohnen/ Domini arbitrio relictae, da
man alles thun muß was man geheissen wird; v. g. In der
ganken Erndzeit das Getreide schneiden/ sammeln/ einsüh-
ren &c. & haec servitia, quando que dicuntur volle Frohnen. 8

Id autem in omnibus operibus cum primis exigitur, ut 9
more solito exigantur, qui ex statuto, pactis vel antiqua con-
suetudine existimabitur; & ut *tolerabiles* sint, ne subditi ita
assiduis servitiis (ut nonnunquam fit) macerentur, ut se quo-
que alendi tempus & materia deficiat. Vid. Balthasar. *tr. de*
operis servit. Tr. nostr. de jure & statu Pagor. German. cap. de
operis.

III.

Quæritur autem: Si, ut quandoque accidit, instante 10
messe inter Dominum jurisdictionalem & rusticos ad servi-
tia obstrictos, de modo & qualitate servitiorum lis oriatur,
quæ in ipsis messium feriis ob rem dubiam, tam citò decidi
non possit, quid faciendum? Videtur ob favorem messis, ne 11
deficientibus operis ea cum damno Domini impediatur, in-
terim salvo jure subditis imponi posse. Quo facit Constitu- 12
tio Electoralis Saxonica, *sub Tit. Justitien-Sachen. Rubr.*
Von Irrungen/ so zur Zeit der Saat Heu und Getreyde
Ernde entstehen. Ubi ita cavetur: Würde sich zutragen/
daß Irrungen etwa zur Zeit der Saat Heu und Getreyde
Ernde entständen/ und vornemlich der Dienste Qualität/ ob
sie gemessen oder ungemessen wären/ concernirten/ daß man
so geschwinde zur Erörterung nicht gelangen / noch auch die
Unterthanen ihre intention mit Verträgen/ noch in andere
Wege beschelnigen könnten; So soll man ihnen zwart vor
dihmal/ zur Beförderung der Ernde/ unbeschadet ihres Rech-
tens/ oder process die Dienste zu leisten anbefohlen/ wie doch
hernach auff erfolgte Verhör und Befindung/ daß sie solche
Dienste zu thun nicht schuldig gewesen/ denen Gerichts Her-
ren oder Beambten gebührlichen Abtrag zu thun ufferlegen.

IV.

- 13 *Voluntaria* messis operæ sunt, quæ à volentibus pro cer-
 14 tã mercede, umb cinen gewissen Lohn/ præstantur. Quem-
 admodum autem maturæ messi, feriis indictis consultum
 est, ita messorum simul operis, mercede propositã, consu-
 lendum. Nam rustici mercenarii labor eò favorabilior est,
 mercedisque privilegio dignior, quo operosior est: Chop-
 pin. *de Privil. Rustic. L. 2. c. 8.* Cùm verò operæ istæ non rarò
 à mercenariis, denen Schnittern und Tagelöhnern/ iniquè
 æstimentur, & illi plus mercedis exigere soleant, quàm ope-
 ræ qualitas postulat; Principes & Magistratus ejusmodi ini-
 quitatem, Patribus familias gravem, coërcere, certumq; mer-
 15 cedis modum definiri debent. Ejusmodi Taxa in Electoratu
 Saxonix *anno 1623.* publicata quidem, sed hæctenus [ut mos
 16 est) malè observata est Undè tot querelæ audiuntur, und ha-
 ben es mancher Orten der schweren Contributionen/ und ge-
 ringen Werths des Getreydes wegen/ heutiges Tags man-
 cher Tagelöhner besser denn diejenige/ die viel Feld-Güter
 haben. Videmus horum multos quotidiè ad incitas redi-
 gi, mercenarios autem emergere, pecunias colligere, &
 prædia comparare. Nostro seculo scribit Renatus Choppi-
 nus *Tract. de privil. Rustic. lib. 2. c. 8.* villici, coloni, rusticique
 omnes operarii, corradunt ex mediocri defunctorioque la-
 bore innumeras pecunias ab oppidanis, easque præfracte ac
 pertinaciter extorquent. Quæ res sane dignissima est, ut
 17 in Imperio Germanico commune & universale remedium
 acciperet. Consilia hæctenus varia prodita sunt, quomo-
 do nova Ordinatio (*eine Besind Ordnung*) servis, ancil-
 lis & mercenariis præscribi posset, sed in hunc usque diem
 res hæc, non minùs publicè ac privatim utilis quàm necessa-
 ria, effectu caruit. Interim facile huic malo remedium à
 18 Statibus unius vel alterius Circuli Imperii quæri posset,
 modò rem seriò aggredi placeret. Quid futura Ordinatio
 Poli-

M.

Politica Imperii in hac re statuet, dies docebit. *Vid. Sup-
plem. Speidelio - Besoldianum. Verb. Gesind = Ordnung.*
Cæterum in gratiam Lectoris Taxam Saxoniam, quæ qui- 19
dem hodiè est *nola sine pistillo*, adjiciemus.

T A X A

Der Schnitter / Meder / Haecker /
Drescher / Holtzhauer.

Im Chur / Kreyß.

S In einer Morgen-oder Ackergetreyde zu meyen 4.
in 5. fl.
Von einem Acker zu schneiden 1. fl.
Von einem Acker zu hacken 5. fl.
Von einem Acker Gras zu meyen 5. in 6. fl.
Davon dürre zu machen 5. in 6. fl.

Tagelöhner.

Ein Tagelöhner soll haben von Ostern bis Michaelis / einen
Tag ohne Kost 3. fl. neben der Kost 1. fl. in 15. s.
Von Michaelis bis Ostern ohne Kost 2. fl. 6. s.
neben der Kost 1. fl.
Ein Fatterschneider und Weiber einen Tag ohne Kost
4. fl.
neben der Kost 2. fl.
Ein Drescher ohne Kost 3. fl.
Neben der Kost 1. gr. in 15. s.
Einer Frauen aber zum Tagelohn / ausserhalb der Ernd / ohne
Kost 1. gr. 6. s.
bey der Kost 9. s.
In der Ernde ohne Kost 2. gr.
bey der Kost 1. gr.

B 3

Im Thü-

Im Thüringischen Kreis.

Einem Meder bey seiner Kost / er haue Gras oder Frucht
4. gr.

Von einem Acker Gras/nachdem er groß 3. 4. 5. 6. 8.

Von einem Acker Gedreydig/nachdem er gros 2. gr. 6. 8. 3.
auch 3. gr. 6. pf.

Als

Zu langen Salze 2. bis 2. gr. 6. pf.

Zu weissen See 2. gr. 6. pf. auch 3. gr. und ferner nachdem der
Acker groß.

Von Naumburgischen und andern grössern Aekern 4. 5. bis
5. gr. 6. pf.

Wo es aber ditzfals anders beständig herbracht / bleibt es bil-
lich darbey.

In Meißnischen Kreis.

Ein Gras oder Grummet-Hauer/ einen Tag ohne die Kost
4. 5. gr. neben der Kost 2. gr.

Einem Arbeiter in Heu und Grummet/des Tages ohne Kost
2. gr. 2. gr. 6. pf. mit der Kost 1. gr.

Einen Tag Korn oder Gedreydig zu hauen/ von 4. 5. bis 6.
gr. neben der Kost 3. gr.

Einem Tag Getreyde rechen 3 gr. 6. pf.

Einem Binder 3. gr. 3. gr. 6. pf.

Einem Kornschmitter vom Schöffel Dresdenisch Mas 7.
8. gr.

Nahm Tagelohn ohne Kost 3. 4. gr.

Mit der Kost 1. gr. 6. pf. 2. gr.

Einem Ablader 1. gr. 6. pf. 2. gr.

Dem Hanser oder Erndte Knecht 3. gr. 6. pf. 4 gr.

Dem Drescher wo es nicht bräuchlich umb den Schöffel oder
gewis Lohn nachm Schock zu dreschen ohne Kost den
Tag 3. gr. 3. gr. 6. pf.

Vom Schock aber / zu 6. 7. 8. gr.

In

12

In Ducatu Württembergico Ordinatio sequens,
Von Arbeitern/ Tagelöhnern/ und den jenigen / so
das Feld bauen/ habetur, quæ legitur in Würt-
tenb. Landrecht tit. 48.

S Jeweil ein zeithero/die Arbeiter und Tagelöhner/mit
Belohnung hoch gestiegen und darzu mit Essen und
Trincken nicht mehr zu ersättigen/sondern ihres Ge-
fallens zu und von der Arbeit gehen wollen/ also daß die/ so
ihrer bedürffen/ die nicht Können bekommen/ oder beschwer-
lich unterhalten müssen.

2. Dem nun zu begegnen/ so wollen wir ganz ernstlich/
Daß unsere Ambtleute und Gericht/ für sich selbst im Jahr
einmahl zwey oder mehr / nach Gelegenheit und Nothdurfft
eines ieden Orths/ hiorinn gebürliche / billige Ordnung zum
außsetzen und besten machen und fürnehmen/ was der Lohn des
Weingart/ Acker und Felderbauer/ mit ihren Leiben/ Ros-
sen oder Ochsen/ auch der Arbeiter/ Tagelöhner/ Botten/
Manns- und Weibs-Personnen/ und eines ieden Werck's sey
&c. Und wie sie mit Essen und Trincken/ auch Fütterung sol-
ten gehalten/ oder dafür gegeben und genommen werden/ auch
wenn sie zu und von der Arbeit gehen/ und wie lang Sie Tags
schaffen/ Fahren oder wie viel Färthen thun sollen / und was
zu Vorsehung verfügen / daß männiglich darbey bleib / Kei-
ner mehr gebe oder nehme/ damit einer dem andern / die Ar-
beiter/ Tagelöhner und Schöffner / auch Fuhrleute nicht ab-
stech oder eucke / sondern männiglich die in gleicher Beloh-
nung bekommen köns/ auff daß das Feld gebauet / und die un-
gebürlich Übermas abgestellet werde/ alles bey Straff drey
Pfund Heller/ so uns ein jeder / der Geber und Nehmer / im
Übertreten unnachlässig zu bezahlen verfallen seyn sollen/
und daß Sie auch darob mit Ernst halten/ und solche Ords-
nung festiglich und strenglich handhaben sollen.

Apud

21 Apud Francos *Janus II.* Rex Edicto perpetuo, 30. Jan. anno 1350. publicato, aratorum operis, vinitorum, messorum, foenifecum dixit mercedis nummariaë modum, cum hac adjectione, ut à Solis exortu ad occubitum usque, illi in opere continuo versarentur. Renat. Choppin. *de privil. Rustic. L. 2. c. 8. ubi addit*, quod qui rectis dominis serviles operas debent, meridianam horam quieti suæ reservent, calido præsertim, & æstuoso cœlo. Quod & in Germaniâ nostrâ usu observatur.

V.

22 Cæterùm taxa operarum pro diversitate locorum, & agrorum conditione variat. In quibusdam locis messorum fruges demetere solent pro certâ pecuniæ summâ, ita ut v. g. florenus, vel dimidius thalerus pro agro demetiendo solvatur: Alibi pro septimâ, octava, nonâ vel decimâ parte frugum, quod vocant, umb die Garbe schneiden; Alibi pro certâ frumenti quantitate, umb die Körner. Cujusque igitur loci conditio & consuetudo, item an caritas vel vilitas sit annonæ, in hac operarum materiâ tuenda est. Messori autem mercedem dietim solvi debere, ait Choppin *de Privileg. rustic. L. 2. c. 8.* quia magis in sumtus diurnos erogari videtur, quàm salarii nomine. Sed hac in re itidem consuetudo cujusque loci inspicere debet.

VI.

25 *Voluntaria* etiam operæ sunt, quas nonnullibi in mense paroeciani, die *Pfarrkinder* / parocho suo, vel gratis, vel
26 pro cœnâ, umb ein *Geschent* / præstant. In nonnullis enim locis ministri Ecclesiæ, non sine officii sacri neglectu agriculturæ onere premuntur, cum tamen longè utilius esset, si eis salaria in pecuniis præstarentur, ac prædia Pastoralia colenda elocarentur. Vidimus tempore belli Ecclesiæ Pastores fruges demetere, vehiculis imponere, triturare, aliosque labores rurales exantlare, planè *contra monitum Ecclesiastici*,
qui

103
qui ait: Wer die Schrift lernen soll/ der kan keiner andern
Arbeit warten / und wenn man lehren soll / der muß sonst
nicht zu thun haben. Wie kan der der Lehre warten/ der pflü-
gen muß/ der die Ochsen mit der Geißel treibt / und mit dera-
gleichen Wercken umgeheth. (Syrac. 39. v. 1. & 2.)

CAPUT IV.

De concessâ diebus sacris ob aëris in- temperiem & imbres frugum collectione.

SUMMARIA.

<i>An diebus feriatis messem fa- cere liceat? n. 1. & seqq.</i>	<i>capum Constitutiones n. 18. & seqq.</i>
<i>Adfirmationis sententia ad- probatur n. 4. & seqq.</i>	<i>Auctoritates Theologorum & Jurisconsultorum n. 22. & seqq.</i>
<i>Intellectus Leg. omnes 3. C. de Feriis n. 5.</i>	<i>Quatenus messem facere in die- bus feriatis permitti possit? n. 27.</i>
<i>Adducitur Constitutio Leonina n. 9.</i>	<i>Joannis de Labadie novissima sententia de Sabbatho qua- sit, & quid de eâ judican- dum? n. 28. 29.</i>
<i>Et Rescriptum Pontificis, in cap. 3. X. de Feriis n. 16.</i>	
<i>Adferuntur quorundam Prin-</i>	

1.

AN pluvioso tempore diebus sacris messem facere,
agrorumque fructus demetere, & in horrea conve-
here liceat, non planè est extra omnem controver-
siam, quemadmodum post alios ex novissimo Tractatu
de Sabbatho, D. Joann. Adami Osiandri, videre licet. Causa
dubitationis præcipua est, quòd Theologi nonnulli Tertium De-

C

um De-

um Decalogi præceptum, quod est de Sabbathi sanctificatione, pro *merè morali*; alii pro *merè ceremoniali*; alii pro *mixto*, non tamen uno modo, habeant.

II.

3 Quod verò quæstionem attinet, eorum Theologorum ac Juris prudentum sententiam sequimur, qui collectionem frugum ex verâ necessitate ob ingruentem aëris intemperiem, & præsentia imbrium damna certo modo admittunt.

III.

4 Pro confirmandâ hâc sententiâ adducimus i. nostrorum jurium auctoritatem; & quidem i. ex Romano jure singularem Constitutionem Constantini M. quæ habetur in *l. omnes 3. C. de Feriis*. Cujus verba hæc sunt:

5 *Omnes Judices, urbanaq; plebes, & cunctarum artium, officia venerabili die Solis quiescant. Ruri tamen agrorum cultura liberè licenterq; inserviant: quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut vinea scrobibus mandentur, ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti provisione concessa.*

6 Et ex hâc lege apparere, quæ sit libertas Christiana, ait Danæus; in *Ethic. Christian. lib. 2. cap. 10.*

7 Quamvis autem Imperialem hanc Constitutionem post alios D. Brunnemannus, in *comment. ad d. l. de casu necessitatis* accipiat, ne contradicat juri divino, quo ab omni opere servili cessare jubemur. *Exod. 12. v. 16. Num. 15. v. 32.* Videtur tamen Imperator Leo, qui in *Novellâ suâ 54.* hanc Legem castigavit, & abrogavit, eam generaliter & extra necessitatis casum intellexisse, quemadmodum Constitutionis Constantinianæ contextus hoc evincere videtur, si rectè inspiciantur verba: *quoniam frequenter evenit: it: ne occasione momenti: & oppositio artificum in urbe & agricolarum consideretur.* Leo autem Imperator ita loquitur:

9 *Quoniam illorum inter discipulos procerum legi, quæ dominica.*

114

minica resurrectionis diem cessatione ab operibus, omnes venerari mandat, legem aliã contradicere conspicitur, quæ non omnes simul operari prohibendos, nonnullisq̃, uti operentur, indulgendum esse censet (ait enim: Omnes iudices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia, venerabili die Solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturæ liberè licenterque inferviant.) *cujus istius diei debonestationis nulla ratione nititur causa. Nam quanquam fructuum conservatio pretendi posse videatur; nullius tamen illa momenti, reg̃, verã futilis est: cum non agricultura diligentia, sed Solis virtus, quando frugum largitori visum sit, fructuum abundantia suppeditet) quoniam inquam, istiusmodi Lex in lucem prodiit, quæ domini cultum vilipendat, diversumq̃, ab illis, qui contra omnes adversarios à Spiritu Sancto victoriam obtinuerunt, decretum præscribat: Statuimus nos etiam, quòd Spiritui S. ab ipsoq̃ institutis Apostolis placuit, ut omnes in die sacro, quoq̃, nostra integritas instaurata est, à labore vacent: neq̃, agricola, neq̃, quidquam alii in illo illicitum opus adgrediantur. Si enim, qui umbram quandam atq̃, figuram observabant, tantopere Sabbati diem venerabantur, ut ab omni prorsus opere abstinerent, quomodo qui gratiæ lucem, ipsamque veritatem colunt, hos eum diem, qui à Domino honore ditatus est, nosq̃, ab exitii dedecore liberavit, non venerari par est? aut quomodo, cum ex septem diebus unus in Domini honorem consecratus sit, nos aliorum ad opera usu contentos non esse, neq̃, illum Domino eximium & inviolatum conservare: sed ipsum etiam vulgarem facere, nostrisq̃, operibus applicandum putare, religionis prorsus non est dissoluta?*

Ex his puto verbis satis apparet, Leonem Constantini 10
Constitutionem, agriculturæ in diebus sacris permissivam, simpliciter & absque restrictione ad casum necessitatis intellexisse. Quidquid autem sit, Hæc Leonina Constitutio successu temporis in Concilio Aureliano Anno 550. 11
Can. 21. approbata fuit, referente Gron Wegla, in LL. abrogat. ad d. l. 3.

12 *C. de feriis.* Præterea Imperator Carolus M. in capitul. placuit. lib. 6. c. 202. sanxit: *Ne opera servilia diebus Dominicis tractentur, neve ruralia viri exerceant, nec in campis arando, nec metendo, nec fœnum secando, vel sepem ponendo, nec in sylvis stirpando, neve arbores cadant, vel in petris laborent, nec in borto, nec ad placita convenient, nec venatum abeant.*

13 Præclara etiam ejusdem Imperatoris Christianissimi est Constitutio, quam Dn. Myler, in *Metrologiâ suâ*, cap. 20. §. 26. n. 2. adducit, quam non possumus non hic subjicere: *Placuit, inquit, ut fideles diem Dominicum, in quo Dominus resurrexit, omnes venerabiliter colant. Nam se pagani ob memoriam & reverentiam deorum suorum, quosdam Deos suos colunt, & Judæi more carnali Sabbatum carnaliter observant: Quanto magis à Christianis iste dies honorificè colendus est, ne in illo sancto die, fabulis aut locutionibus, aut cantionibus, vel saltationibus, vel derisionibus, stando in bivviis & plateis, ut solet, inserviant. Sed ad sacerdotem, aut ad alium sapientem hominem & bonum veniant, & eorum precationibus, aut locutionibus, quæ ad animam pertinent, utantur: Et illo die seu Sabbato ad vespertas & ad matutinas seu ad missam cum eorum oblationibus, si fieri potest, omnes canendo Kyrie eleison decantent. Similiter & Pastores pecorum eundo & redeundo in campum, & ad domum faciant, ut omnes eos, veraciter Christianos & devotos esse, cognoscant.*

15 Hasce autem ac similes Impp. Constitutiones ita accipi debere, nisi evidens necessitas collectionem frugum, aliasque operas manuaras exiget, communissima est tam Theologorum, quam Jctorum sententia.

IV.

16 Ex Canonico jure adducimus cap. 3. X. de feriis. ubi Pæpa Alexander ita ait: *Licet tam veteris quàm novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam requiem specialiter deputaverit: & tam eum, quàm alios dies Majestati altissima deputatos, nec non natalitia sanctorum martyrum Ecclesia decreverit observanda, & in his ab omni opere servili cessandum; indulgemus,*

15

*dulgemus, ut liceat parocchianis vestris diebus dominicis, & aliis
Festis, (præterquam in maioribus anni solennitatibus) si ale-
cia terra se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate
intendere: ita quòd post factam capturam Ecclesiis circumposi-
tis & Christi pauperibus congruam faciant proportionem. Ex 17
hoc autem Rescripto Pontificio Casistæ inferunt: Quòd li-
citur sit segetes jacentes in agris, & foenum in pratis, ad lo-
cum securum in diebus festis deferre, si immineat tempestas
vel pluvia, quæ corrumperet, si in agro maneret. D. Myler.
d. cap. §. 33. ubi ad collectionem uvarum hoc extendit.*

V.

Jura hæc communia sequuntur Principum ac Statu- 18
um Imperii Ordinationes provinciales, statuta & consuetu-
dines. In Electoratu Saxonix extat *Ordinatio Eccles. qua 19*
artic. general. 17. ita cavet: Es soll an Sonn- und Feyertag
gen iederman verboten seyn / aufferhalb fürfallender Noth/
welche er doch allmahlt dem Pfarr und der Obrigkeit zuvor
anmelden soll / mit Rossen oder der Hand / die Arbeiten / so auf
die Werkstage gehören / verrichten. In Comitatu nostro 20
Schwarzburgico, lineæ Rudelstatensis, superioribus annis
simile mandatum publicatum esse meminimus. In generali
Ducatus *Württembergici* synodo, anno 1572. celebratâ, referente 21
D. Mylero *d. loc.* ita ordinatum fuit: Im Hewet / Embdet /
Korn- und Haber- Ernd / Herbst / und dergleichen Feldge-
schäften / wann das Wetter darnach beschaffen / und ein
Nothfall ist / solle an den Feyertagen (die Sontage gänzlich
außgeschlossen) nach der Morgen- Predigt / und gar nicht
davor / im Felde zu schaffen erlaubet seyn.

VI.

Eandem sententiam amplectuntur ex Theologis, Bal- 22
duinus *in Cas. Consc. lib. 2. c. 13. Cas. 4. ubi ait*: Cum tempore
messis rarò est serenitas, eaq; die Dominico affulget, necessi-
tas eo die labores imperat: modò, quoad ejus fieri potest,

C 3

cultus



cultus divinus non omnimodo, nec ab omnibus negligatur.
 Gerhard. tom.3. Loc. Commun. p. 206. Centuriatores Magde-
 burgenses, Cent. 4. p. 77. Thummus in Decal. precept. 3.
 Mengerling. Scrutin. Conscient. cap. 7. quest. 65. ubi ait: Hie
 soll man mercken / daß ob zwar leicht und ohne Ursach nies-
 mand an Sonn- und Festtagen der Hand- und Dienst- Arbeit
 sich unterfangen / oder den Seinigen verstaten soll / dennoch
 solcher casus necessitatis in göttlichen / Kirchen- und Käyser-
 lichen Rechten und Statuten excipiret und außgesetzt werde /
 da man in der Heu- oder Korn- Ernde wegen geschwinder ver-
 wandlung / unstet / und Verkehrung des Gewitters / der Zeit
 warnehmen / und also umb solcher Ursach willen damit das
 Heu / oder abgebrachte Landes- Früchte ohne Regen und
 Schaden trocken ein- und außgeföhret werden möchten / des
 Sontages ein übriges thun und arbeiten muß. Ibidem addit;
 So nun Prediger aus Unverstand / frühzeitigen Eyser / oder
 privat affecten die jenigen Zwang- und Nothföhren / Arbeit-
 und Werkeltags Geschäfte / so in der Ernden- Zeit wegen
 des unflätigen Wetters / des Sontags mit Versäumniß
 der Predigt / dringender Ursachen und Umständen nach / vor-
 genommen werden müssen / uff der Canzel perstringiren / und
 solche Hauväter / so mit dem Schnitt oder Einföhren sich
 nach dem Gewitter richten sollen / für Sabbathsbrecher / und
 Verächter des Gottesdienstes außschreyen / so handeln sie wi-
 der solche Ordnung / Meynung und Willen Gottes und der
 23 Christlichen Kirchen &c. His omnino add. novissimè D. O-
 siander Tract. de Sabbatho p. 182. ubi multis probat, necessitatis
 opera diei sacro non esse aduersa, quæ inopinatus casus pro-
 vocat. Ex Reformatis vid. Danæus in Ethic. Christ. lib. 2. c. 10.
 24 Ames. Cas. Consc. lib. 4. c. 33. Ant. Walæus, Anglus. cujus
 verba hæc sunt: Non audemus, inquit, improbare, quòd post
 Concilium Arelatense Constantinus in suis Constitutionibus, (in-
 telligit procul dubio l. 3. C. de feriis) tempore pluvio, aut alio
 neces-

25.

necessitatis casu permittit, ut messis aut vindemia etiam die Dominico colligant, quia si ad famis propria solatium, licuit discipulis Sabbatho aristas vellere; non video causam, cur non liceat in tali casu ad pulsionem & praeventionem famis communis, terram conserere, & messem aut vindemiam salvare. Si enim licuit, ut Christus testatus est, Sabbatho educere pecudem aut asinam è puteo, ne periret, quomodo non magis integras messes aut vindemias servare, ne homini inutiles fiant? Et sanè hoc omninò facit, Homo non est propter Sabbathum, sed Sabbathum est propter hominem. Quod verò objicitur, Deum in lege suà id expressè vetuisse, vel extra hunc necessitatis casum, quem Christus exponit, intelligendum, vel potius ad peculiarem statum Judaici populi, & singulares promissiones iisdem factas, referendum videtur; quibus Deus promisit se pluviam serotinam & matutinam daturum iis, qui ipsius praecepta observarent. Interim tamen & eos Magistratus atque Ecclesias rectè facere omnino statuo, qui non cuivis privato ex suo arbitrio eam licentiam eo die concedunt, sed de pluvia aut tempestatis inidonea constitutione, in ejusmodi casu iudicium publicum hic expectandum decernunt; sicuti in Palatinatu & in Helveticis Rebus publicis laudabiliter observatum nobis constat. Ex Jctis vid. Carpzov. Jurispr. Consist. L. 2. def. 251. n. 6. & seqq. Brunnem. cum alleg. ad l. 3. C. de Feriis. D. Myler. Metrolog. cap. 20. §. 21. & seqq. Add. Tract. nostr. de Praesidio Necesit. contra legem concl. 1. sect. 4. Regul. 1.

VII.

Diximus autem Magistratum certo modo in diebus sacris messem facere subditis permittere posse. Modus scilicet hic est, 1. ut sacris peractis matutinis messis fiat. 2. Necessitas evidens sit, & periculum corruptionis frugum praesentissimum. 3. Venia à Magistratu petatur. 4. Ne in fide infirmioribus offendiculum praebatur, causa permissionis è suggestu populo denunciatur. 5. Ne totus dies feriatus ad vesperam

vesperam usque laboribus ruralibus insumatur. *Vid. d. Or-*
dinatio Elect. Saxon.

VIII.

- 27 Non possumus non hâc occasione saltim obiter novis-
simam Joannis de Labadie, *Theologi Reformati*, sententiam *de*
Sabbatbo paucis attingere, quæ eò tendit, non esse absolutè
necessarium, ut operibus ordinariis ac naturalibus ad Deum
eò magis glorificandum in die Sabbati abstinenceamus; & Chri-
stianum alia, quàm opera charitatis & necessitatis nunquam
facere posse aut debere: peccare autem, si cœteris diebus
alia de causa agat, cùm semper teneatur agere amore Dei ac
proximi aut sui ipsius in Deo, idque amoris gradu, quàm
potest, summo, omniumque maximo. Præterea nullum
in N.T. extare mandatum, de die Dominico sabbatizando,
nec ullum in praxi exemplum sacram paginam præbere &c.
- 28 Verùm cùm jam dudum Theologi hisce argumentis satisfac-
cerint, ne videamur falcem in alienam messem nos mittere
velle, nihil addimus, nisi unicum hoc, quòd licet hæc omnia
Auctori concedantur, inde tamen minimè sequi, externam
celebrationem diei Dominicæ à totâ Christianitate rece-
ptam, tolli debere. Et verissimum est, quod scribit suprâ
laudatus Osiander *Tr. de Sabbatbo pag. 242.* Nisi Religio
Christiana compateretur diei alicujus selectionem, sanctifi-
cationem, observationem, ipsa degeneraret in Epicuræis-
mum, vel Atheismum, aut ad minimum hominibus profa-
nis via signaretur ad neglectum omnis cultus externi, quod
oppidò absurdum. Idem Auctor dum *cit loc.* Photinianorū er-
rores in hâc re confutat, simul nebulas Labadisticas dispellit.

CAPUT V.

De libertate colligendi spicas in
agro derelictas.

SUM-

SUMMARIA.

Spicas colligere cuilibet liberum esse solet n.1.

An Dominus agri collectionem spicarum in agro suo prohibere possit? n.2.

Negativa adstruitur rationibus n.3.4 5.6. Et lege Mosaica. n.7.8 9.

Respondetur objectioni circa leges illas Mosaicas forenses, de ratione, qua nos in nostra Politia obligent n.10.11.

Limitatur hac sententia, si magistratus ex certa causa eam prohibeat. n.12.13.

Exemplum prohibitionis aliquis producit ex Ordinatione Provinciali Wurtembergica. n.14.15.

An liceat inter fasciculos frugum aut cumulos spicas legere? n.16.

Quod negatur, nisi specialis Domini permissio accedat, n.17. Et probatur per Ordinationem Wurtembergicam n.18. Et Bavariam. n.19.

Licet etiam stipulas pauperibus colligere, ubi lignorum penuria ad id cogit. n.20.

I.



I dominus agri fructus collegerit, cuilibet liberum esse solet, spicas, quasi voluntate domini pro derelicto habitas, colligere, quod vocant, Das Aehren/Esen/Aehren. In qua re cum primis vidua, orphani & pauperes occupati esse solent. Quæritur autem: An Dominus agri collectionem spicarum in agro suo prohibere possit? Reperiuntur nonnunquam duri Eucliones, qui per detestabile vitium avaritiae pauperibus & orphanis spicas invidere non verentur. Intrepidè autem quaestionem hanc negativè decidimus, i. quod spicæ absolutâ frugum collectione, omissæ & neglectæ, in dominio vel possessione Domini amplius non sint, sed tanquam pro derelictis habitæ, quasi Dominus eas in potestate suâ amplius habere noluerit: arg. l. i. ff. pro derelict. Quemadmodum enim occupando rem communem, eam facimus propriam: ita deserendo propriam

D

am eam



am eam facimus communem omnibus, adeo ut primo occupanti cedat; si scilicet eam derelinquamus negligenter, & animo objiciendi §. pen. Inst. de R. D. l. Si id. §. pro derelict. Tulden. ad Inst. lib. 2. c. 14. Præsertim si Dominus rem, quam facile recuperare possit, nihilominus tamen negligit, eo magis animus derelinquendi præsumitur: quasi nollet eam amplius in numero rerum suarum habere. Ideò spicæ istæ tanquam derelictæ ad res nullius cuiuslibet occupanti cedunt, in quibus Dominus nullum amplius habet dominium d. l. p. pro derelicto. 2. Quòd Lege Mosaicâ spicæ derelictæ [ut & racemi non collecti] pauperibus, viduis & profelytis addictæ fuerint. Ita enim summus ac sapientissimus Legislator, Levit. cap. 19. vers. 9. ait: *Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usque ad solum, superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges. Et cap. 23. v. 22. Quando messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam usque ad solum, nec remanentes spicas colligatis; sed pauperibus & peregrinis dimittetis. Ego sum Dominus Deus vester. Dent. 24. v. 17. hæc verba in vernaculâ nostrâ leguntur: Wenn du auff deinem Acker geernst det hast/ und einer Garben vergessen hast auff dem Acker / so solt du nicht umbkehren dieselbe zu holen / sondern sie soll des Frembdlingen / des Waisens und der Witben seyn / auff daß dich der HERR dein Gott segne in allen Wercken deiner Hände.*

II.

10 Non obstat, quòd Lex hæc Mosaica sit tantùm forensis, Israeliticum solummodo populum obligans; leges autem politicæ ad vetus testamentum pertineant. Reincking. de Regim. secul. & Eccles. lib. 2. class. 2. c. 3. n. 2. & seqq. D. Thumm. de lege ceremon. & forens. pag. 71. Respondetur enim i. ex Andr. H Osiandro in notis ad Levit. c. 19. lit. b. quòd quamvis hæc Lex quoad

quoad literam nos in Politiâ Romanâ non obliget, tamen nos admoneat, ut pauperum rationem habeamus, & deterreat nos ab illiberali ac sordidâ frugum collectione. *2. Resp.* Quod leges forenses Mosaicæ, si in ratione & lege morali fundamentum aut de iis aliquid adnexum habeant, tunc non ut forenses, sed ut morales, & quatenus de iis participant, adhuc dum obligationem inducant. Reincking. *d. c. 3. n. 6.* Zepper. *de legib. Mosaic. lib. 5. c. 14.* quos allegat D. Myler. *Metrolog. cap. 20. §. 19.* ubi loquitur in terminis racemorum collectionis non prohibitæ.

III.

Limitatur tamen hæc sententia: nisi Magistratus ex certâ ¹² causâ publicam utilitatem spectante spicarum collectionem prohibeat aut restringat. Lex enim civilis potest libertatem ¹³ naturalẽ circumscribere, & vetare, quod naturaliter licebat, atque etiam ipsum dominium naturaliter acquirendum visuã antevertere, ut benè ait Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 2.* Quod exemplo venationis, inventionis lapillorum & gemmarum declaratur. Conf. D. Struv. *Syntag. jur. feud. cap. 6. aphor. 7.* Sic Ordinatione Provinciali VVürtembergi ¹⁴ ea libertas colligendi spicas certo modo restricta est. Vid. Württemberg. *Ernd-Ordnung. cap. 5.* Wie es mit dem Aehren der armen Leute ins gemein gehalten werden soll. Ubi ita caveatur: Dieweil der Müßiggang mehr denn zu viel überhand nehmen will / und viel junge / ledige und Ehestandes Personen ähren / welche wohl schneiden und sonst arbeiten könnten; damit nun solchen vorzukommen / so wollen wir / daß vor angehender Ernde alle Personen / so sich des Aehens theilhaftig zu machen willens / auff einen gewissen Tag / auff vorhergehende öffentliche Verkündigung / sich auff dem Rathhause jedes Orts vor der Obrigkeit anmelden / und umb Vergünd- und Zulassung des Aehens ansuchen /

D 2 suchen/



frachen/ darüber auch sie (als welche Gelegenheit ihnen am besten
 bewust) unparteyisch erkennen sollen/ welchen das ähren zu er=
 lauben seyn möchte/ darbey es denn sein Verbleibens haben/ im
 übrigen allen aber solle es hiermit bey Straffe des Narrenhäus=
 leins abgestriekt seyn / und damit man den Unterscheid und gewis=
 se Nachrichtung haben möge/weme das ähren vergunt oder ver=
 boten/ sollen diejenige/weme es erlaubt/ vor der Ernde/ vor gan=
 zer Gemeinde öffentlich außgeruffen werden. Sie sollen sich
 auch in Früchten/ Weg/ und Pfäden/ so für und durch die un=
 abgeschnittene Felder gehen/des Abstreiffens der Rüfen und Aeh=
 ren/ bey vorgesezter Straffe allerdings enthalten/ darauff auch
 fleißiges Aufsehens gethan und angestellet werden. Eâdem Or=
 15 dinatione vindemiali VVürtembergicâ prohibitum est, ne
 quis in alterius vineâ racemos colligat, aut frondes stringat,
 sub poenâ pecuniariâ incarcerationis. Fürstl. Würtemb.
 16 Herbst-Ordnung *artic. 7.* Quæritur autem: an liceat inter
 fasciculos frugum, zwischen denen Garben; aut inter cumulos,
 zwischen denen Mandeln/spicas, quæ manus metentium fuge=
 rint, colligere? Et dicendum videtur, absque speciali per=
 missionem Domini id non licere. Quo pertinet Textus in li=
 17 bro Ruth. *cap. 2. vers. 7. & vers. 15. ubi hæc verba leguntur:*
 Lasset Sie (die Ruth) auch zwischen den Garben lesen/ und be=
 schämet sie nicht. Auch von den Hauffen lasset überbleiben/ und
 lasset liegen/ daß Sie es aufflese/ und niemand schelte sie darumb.
 In quâ re optimus Israelita Booz Legem Domini suprâ lau=
 18 datam de relinquendis spicis pro pauperibus ac viduis lauda=
 biliter servavit. Huc facit die Württembergische Erndord=
 nung *cap. 5.* ubi ita cavetur: Nachdem Uns nicht geringer
 Nachtheil und Schade/ wo die Garben über Nacht / auch etz=
 liche Tage im Felde bleiben stehen/besonder auch mit ähren/
 weil die Garben noch auff dem Acker standen/ begegnet/ da
 ist abermahl unser ernstest Befehl / daß niemand / weder alt
 noch

noch junge Personen/frembde oder heimische in keinem Weg/
 es sey der Acker gleich sein eigen oder eines andern/ähren und
 brechen sollen/ alldieweil die Sambleten und Zehendgarben
 noch auff dem Acker zugegen seyn und ligen. Idem cautum¹⁹
 legitur in Ordinatione Provinciali Bavaricâ, tit. 28. art. V,
 ibi: Man soll auff den Aekern nicht ähren/ es sey denn zu
 vor das Getraid derselben Revier und Felds allbereit einkoms
 men.

IV.

Quemadmodum naturali libertate frugibus agrorum
 collectis, spicas colligere permissum, sic pauperibus stipu-²⁰
 las colligere, die Stoppeln samlen/non prohibitum, quod iis
 in locis fieri solet, ubi lignorum vel straminum non adeo
 magna copia datur, da das Brennholz seltsam und teuer.

CAPUT VI.

De Decimis fructuum præ-
standis.

SUMMARIA.

Decima non raro hodie censetur
 jurisdictionis fructus n. 1.
 quod testatur ordinatio
 Provincialis Wütembergica
 n. 2.

Decima qua ratione ad Princi-
 pes seculares pertineant re-
 missivè n. 3.

Decimarum due species, spiri-
 tuales & temporales n. 4.

Decimatio fieri debet in pra-
 sentiâ ejus, cui debentur, an-
 tequam in horrea fruges de-
 latae fuerint n. 6.

Refertur hanc in rem tenor li-
 terarum Regis Gallie, Fran-
 cisci, ex Rebuffon n. 7.

Adductur constitutio Wür-
 tembergica ejusdem tenoris
 n. 10.

D 3

Et



Et Constitutio Electoris Saxo-
nien. 8.

Quarum convenientia cum ju-
re Can. ostenditur n. 9.

Affertur Constitutio Wurtem-
bergica & Bavarica de mer-
getibus non inaequaliter fa-
ciendis n. 11.

I.

- 1 **N**on rarò hodiè jurisdictionis & Regalium fructus
2 censentur Decimæ, quæ Landgarben per tradita Er-
3 nesti Cothmanni, *Respons. Academ. 19. n. 11. & seqq.* &
4 id satis probat peculiaris Ordinatio in Ducatu VVürtenber-
5 gico de hâc re prodita, quæ dicitur Ordnung und Instructi-
6 on, welcher massen sich alle verrechnete Ambtleute in Herzog-
7 thumb Württemberg, mit Verleihung und Einsamlung der
8 Zehenden und aller andern theilbaren Früchten halten sollen.
9 Quâ autem occasione Decimæ ad Principes seculares, & La-
10 icos privatos pervenerint, videre est apud Lehmannum,
11 *Chronic. Spirens. lib. 5. c. 47.* Hinc vulgò duæ decimarum spe-
12 cies traduntur, *spirituales & temporales.* Berons. *lib. 1. Conf.*
13 *48. n. 41.*

II.

- 5 Cùm verò in decimarum præstatione, quæ in mergiti-
6 bus vel manipulis, in Garben fit, Domini Decimarum, die
7 Zehendherren, à rusticis, denen Zehendmännern, non rarò
8 defraudentur, variis Ordinationibus ejusmodi fraudibus
9 occurri solet. Et quidem *primo* caveri solet, ne fructus abs-
10 que præviâ decimatione, deferantur in horrea, sed ut deci-
11 matio in præsentia ejus, cui decimæ debentur, fiat. Rebuf-
12 fus *cum allegatis. Tract. de Decimis quest. V. n. 21.* ubi in hanc
13 rem literas Francisci, Gallia Regis adducit, quarum tenor
14 inter alia hic est: *Avons statuè & ordonné, statuons & ordon-*
15 *nons par ces presentes, que dorescuavant toutes personnes, en de*
16 *quel-*

quelque qualité, qu'ils soyent, agricoles que possesseurs ou tenanciers desdictz heritages subiectz a dismes, soyent tenez avant lever ou emporter les fruietz d'iceux heritages decimaux, hors le lieu & champ, ou ils seront creuz, de le notifier, & faire scavoir audit Evesque & beneficiers, ausquelz appartiennent icelles decimes & primitives desdictz fruietz, ou leurs fermiers, vicaires ou procureurs: ou sinon aux lieux des benefices pour raison desquelz sont denz lesdictz decimes: & qui il ne sera loisible audictz agricoles ou tenanciers d'elever, ne deplacer lesdicts fruietz decimaux hors le lieu & champ, ou ils seront creuz, jusques à ce, que ledict droit de decime soit payé & satisfait, selon que d'enciennete & de tout temps il a acoustumé d'estre payé, & dece sous peine de confiscation de tous les fruits, qui leur pourroyent revenir desdicts decimes &c.

Idem cautum est in Ordinat. Ecclesiast. Electorali-Saxonica: *General. 22. ne*, scilicet parochiani in decimandis mergitibus inæqualem faciant distributionem, minimas relinquentes ministris Ecclesiæ, majores verò in horrea sua colligentes, ipsimet Ecclesiæ ministri decimationi interesse possunt. *Ordin. Eccles. d. loc. ibi:* Soll zu Vorkommung desselben Keiner/der dem Pfarrer oder Kirchner Zehend zu geben schuldig / etwann von dem Zehendaeker heimführen/ er habe dann dem Pfarr solches zuvor vermeldet/ und ihme den Zehenden nach rechter Anzahl des Gewächses überliefert/ und zugestellet. Idque repetitum in decreto synodali, *de anno 1624. §. wie auch Keiner. quod congruum est juri Canonico, in C. quicumq; c. omnes decimæ XVI. q. 7. Hocq; ipsum est, quod solvendæ fuit decimæ præfente procuratore collectoris, ne ulla fraus fiat præstationi decimarum. Panorm. in c. 21. de decim. Hostiens. in c. 9. de sepult. quos refert Carpzov. Jur. Consist. Lib. 1. tit. 8. defin. 130, n. 7. 10.*

Idem obtinet in Electoratu Bavariæ, Vid. Bayr. Landts Recht lit. 28. art. 1. & seqq. in Ducatu Wurtembergico. Fürstl. Würs

Württenb. Zehend = Ordnung cap. IV. ibi: Daß niemand
keine Garben oder Frucht / von dem Acker oder Gut / abfüh-
ren oder hinweg tragen / die schuldige Zehenden seyn dann zu-
vor durch unsere Knecht oder Einsamler von unsertwegē hin-
genommen. In Galliâ idem obtinere, notat Choppinus. *de*
Privil. Rustic. L. 1. c. 7.

III.

XI *Secundò* caveri solet, ne mergetes fiant inæqua-
les, ubi addit, in Normanniâ non colligi messem nisi vo-
cato & præmonito terragii Domino, jus etiam agrarium
prius solvi quàm decimam. Fürstliche Württenb. Zeh-
hend Ordnung. cap. 4. ibi: Unsere Ambtleute sollen in
der Ernd selbst / und wo möglich / alle Tage hin- und wieder
auff dem Felde / mit Fleiß nachsehen / und forsehen / ob nicht
jemand die Zehend Garbe / mit sonderm Fleiß geringer und
Lücker mache / dann die seinige / oder sonst in ander Wege /
den Zehenden / und Land Garbe vorthellig und finanzißch
gereicht habe. 2c. Wann nun die verordnete Zehendgänger
und Knechte auff einem Acker kommen / und verzehenden
wollen / auch mit den auffbinden und auffzehlen der Garben /
gefahrt / oder einigerley Betrug befunden / sollen sie gleich
anfangs in Auszählung der Garben / 1. 2. oder 3. Garben / nach
Gestalt und Gelegenheit der Sachen / ihres Gefallens umb-
werffen / und vollends erst biß auf die Zehendgarben / dem Reih-
hen hinaus verzehenden / und wann sie also auff einem Acker
eine oder mehr Garben hingeworffen / sollen sie alsdann an ei-
nem andern Reih Garben anfahen / un̄ auff die umbgeworfs-
fene zehlen / auch etwann einen reih Garben mitten / dan̄ obē
und etwan unten anfahen / zu verzehenden also die Anstellung
thun / daß im Auffbinden der Garben / keiner kein Finanz-
Betrug oder Vorthail auffsuchen noch thun kan &c. Add. Jus
Bavaricum. Tit. 28. art. 1. ubi dicitur: Ein jeder Zehendmann
soll schuldig seyn / allen grossen und kleinen Zehend / wie er
densel-

121

Herrn etwas von dem Zehend gefährlich verhalten / oder vers
 schlagen / soll er unnachlässig nach ermessigung des Richters
 gestrafft werden. Ibidem art 2. cavetur, daß der Zehendherr
 aus redlichen Anzeigungen eines Betrugs / befugt seyn solle /
 dem Zehendmann in dem Stadel auszugehen! & artic. 5.
 disponitur, daß der Zehendmann uff dem Felde den Zehend
 länger zu verwahren nicht schuldig / denn so lange / biß er sein
 eigen Eraid einbringeret.

CAPUT VII.

De prohibitâ venditione messis futu- ræ, seu frumenti in herbâ.

SUMMARIUM.

<p><i>Jure Romano messis venditio prohibita non est. n. 1.</i></p> <p><i>Secus ac Legibus aliarum rerum publicarum. n. 2.</i></p> <p><i>In Imperio etiã hodierno Roma- no Germanico prohibita est n. 3. 4. 5.</i></p> <p><i>Refertur constitutio Imperii hanc in rem. n. 4.</i></p> <p><i>Ratio prohibitionis Molinai</i></p>	<p><i>Et Wissenbachii affertur. n. 6</i></p> <p><i>Triplicis ratio Copi exhibetur. n. 7.</i></p> <p><i>An vero licitum agrum cum se- gete vendere? n. 8.</i></p> <p><i>Quod affirmatur, dummodo justo pretio, non habita ra- tione necessitatis venditoris fiat. n. 9.</i></p>
--	---

I.

In Jure Romano fructus agri pendentes, qui aristas ad-
 huc continentur, sive messem in herbâ, vendere, il-
 licitum non est. *l. fistulas 78. §. frumenta. ibique D.*
Brunnem ff. de contrab. emt. l. qui pendentem. ibiq; Mornac. de
act. emt. Wissenb. ad. π. D. 34. §. 9. Id autem aliarum Re-
 rum publicarum legibus prohibitum. Exstat Caroli M.
 Constitutio, *ut. de prohibitione alienationis futurorum fructu-*

E

177. 5

151
um. *lib. 2. LL. Longobard. prohibentur venditiones voluntariae frumentorum viridantium. Jure Frisiorum lib. 1. Statut. tit. 8. §. 1. eadem alienatio prohibita. Et in Gallia Regno exstat similis Constitutio Ludovici XI. Molinae. de contract. usur. n. 470. Vid. Choppin. de Privileg. Rust. lib. 2. c. 5. ubi plures Constitutiones adducit. Quod Imperium Germanicum attinet, sublato hactenus Jure Romano, frumentum in herba emere itidem severè prohibitum est. Reform. Polit. Imperii, de anno 1548. lit. Von Verkaufung der Früchte auff dem Felde; & Ordin. Polit. de anno 1577. tit. eod. Verba Constitutionis adscribere non pigrabimur: Nachdem nicht ohne grosse verderbliche Beschwerden des armen gemeinen Volcks befunden / daß demselben durch etliche eigennützig geistige Leute im Schein der Kauffmannschafft auff ihren Saamen / so noch auff dem Felde stehen / auch den Wein an den Stöcken / und andere ihre Früchte / Arbeit und Biche / Geld oder ein anders hinaus gelichen / oder gegeben / dardurch dieselben arme nothdürfftige Leute / was sie gar härtiglich erarbeiten / näher / dann sich sonst nach gemeinen gewöhnlichen Kauff gebührt / zu geben verursachet / und gedrungen werden. Welches dann nicht allein denselben armen Leuten / zu unwiederbringlichen Verderben / sondern auch ihren Herrschafften / denen sie fürter ihr Gebührnüsse viel desto weniger zu thun vermögen / zu grossen Abbruch Nachtheil und Schaden gereicht / neben dem / daß solches wider alle Göttliche und Menschliche Satzungen / die Liebe des Nächsten und gute Sitten ist. Hierauff setzen und ordnen wir / daß männiglich dem armen Mann in der Noth / und damit er seine Güter desto stattlicher erbauen / auch sonst mit anderer Nothdurfft sich erhalten möge / auff Weinfrüchte und anders umb den gemeinen Schlag / Werth / und Kauff / wie die zur selben Zeit sind oder gemacht werden / fürzustrecken / und zu leihen unverbotten sey. Wo aber anders / denn ick obvermeldet / gehandelt*

122
handelt/und hierinnen einiger Vortheil / Argelist / Gefahr/
oder Betrug gebraucht / so wollen wir hiermit ernstlich / daß
solcher Abkäufer / oder Ausleiher die Hauptsomma verloh-
ren / und daraus von der Obrigkeit nach Gestalt und Geles-
genheit der Sachen gestrafft werden soll. Idem prohibitum
in Ordinat. Polit. Juliac. Rubr. Keine Früchte / so auff dem Fel-
de stehen &c. ubi poena confiscationis & mulctæ in transgres-
sores statuta. Ratio autē prohibitæ venditionis messis futuræ 6
à Carolo Molinæo, d. loc. hæc adfertur, quòd pauperes rustici
(in quorum favorem hæc Constitutio lata) facilè allician-
tur (hodiè cum primis, tot exactionum & contributionum
oneribus pressi) modicâ præsentî pecuniâ oblatâ, ad venden-
dum spem messis futuræ, tantoque viliori pretio, quan-
to ea messis incertior ac pluribus casibus obnoxia. Pau-
perum enim facilitate cauti mercatores abuti solent. Joh. à
Sande decis. trisic. lib. 3. tit. 4. def. 7. VVissenbach. d. Diss. hanc
prohibitionis rationem adfert, ne auferatur vili pecuniâ
incauto miseroque Agricola à sævis quibusdam creditoribus
aut à callidis avidisque Dardanariis annona, undè se alat, ne-
cessaria Er. Copus Tr. de fraudib. lib. 1. c. 5. triplicem ratio-
nem reddit 1. ne si frumenta in herbis emerentur, à Dardana-
riis annona oneretur. 2. Ne inopes agricola propter modi-
cum pretium, quod in præsentî offertur, lætissimâ segete de-
fraudentur, & ad extremam inopiam redigantur 3. ut fœne-
ratorum calliditati obviam eatur, qui plerumque exiguo da-
to pretio amplissimam messem accipiunt. Add. Hillig. cum
alleg. Don. Enucl. L. 16. c. 3. lit. C. Roderic. de annuis reddit. L. 1. q.
12. Grœnvvegen. ad l. 78. de contr. emt.

III.

Quid verò, si quis agrum cum segete vendere velit, 8
anne id prohibitum? cùm hoc casu prohibitionis ratio ces-
sare videatur, id ubiq; permissum videmus; Fatendum tamen
est, nonnunquam emtores ejusmodi agrorum admodum
iniquos & charitatis Christianæ planè immemores esse,

dum pro nimis modico ac vili pretio agros cum fructibus sibi
 comparant, nec necessitatis ac egestatis extremæ proximi ul-
 lam rationem habent. Eccè, miselli rustici uxor, vel filius mo-
 ritur; non habet, unde funeris sumptu facere possit; aut (quod
 frequentissimè durissimo hoc sæculo accidit) ab eò lecta con-
 tributionis summa per Executores, durch militärische execut.
 extorquetur, ne teruncius est in arcâ, agellum cum fructibus
 vicino vendere cogitur, & ille occasionem captans, modicum
 pretium offert, & ut quibusdam locis sæpiùs accidisse vidi-
 mus, pro quatuor, octo, aut decem florenis, agellum o-
 ptimum cum messe futura, à Domino, in summis angustiis
 ob periculum moræ constituto, emit, nonne hunc contra
 charitatis regimen peccare rectè dicim9, qui cum dives sit, ac
 proximo suo pecuniolam mutuare posset, agellum potius
 cum fructibus tantillo & minus proportionato pretio ad se
 trahere vult? Tales iniquitates, prohi dolor! hodiè, cum di-
 lectio Christiana penitus refriguerit, quotidianæ sunt, ac
 prorsus impunè perpetrantur.

CAPUT VIII.

De feriis messium.

SUMMARIA.

Ferias messium suadet reip. u-
tilitas. n. 1. 2. 3.

Unde ruricola in ius hoc tem-
pore vocari non debet. n. 2.

An messiu feris omnibus, etiã
rus non colentibus commu-
nes sint? n. 4.

Negativa sententia probatur
n. 5. 6. 7.

Affirmativa Auctores recens-

sentur. n. 8.

Horum rationibus respondetur.

n. 11. 12. 13.

Affirmativam tamen in praxi
receptam esse probatur. n. 14.

An & Clericis, Professoribus,
& Studiosis ferie hæc pro-
sint? n. 15.

Quod variat pro varietate lo-
corum. n. 16. 17.

De

De Feriis scholasticis remissive.

n. 18. 19.

Martialis epigramma affertur

n. 20.

Quando incipiant & desinant ? n. 21. 22.

Exceptio feriarum quamvis dilatoria sit, n. 23. in qualibet

tamen iudicii parte opponi potest. Cur ? n. 24.

Quod si iudex exceptionem feriarum admittere nolit, locus est appellationi. n. 25.

Casus, in quibus hac exceptio non attendatur, referuntur n. 26. 27. 28.

I.

Ruric. interest, ne occupati circa messem aut fructibus colligendis insistentes agricolæ, [ut loquitur Imperator Constantinus, in l. 1. C. de agricol. & censit.) in forum compellantur. l. 1. pr. ff. de feriis & dilat. Ruricolæ namque judicialibus vexationibus, & litium ambagibus districti necessariæ frugum collectioni vacare non possunt, undè propter morâ temporis cum publico & rurali damno, facilè messis per imbres ac tempestates deterior fieri posset. Quippe Ascræo carmine:

Æstas non semper fuerit, componite nidos.

Hic labor, binclaudem fortes sperate coloni.

Quapropter optimo Romanorum consilio messium (& vindemiarum) feriæ introductæ, & ab aliis etiam gentibus tam ob rei necessitatem quàm utilitatem, receptæ ac adprobatæ sunt. d. l. 1. ff. de feriis & dilat. ubi ait Ulpianus: *Ne quis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratione Divi Marci exprimitur, quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt.* Add. Choppin. de re Rustic. Privil. lib. 2. c. 7. ubi has ferias privilegium egregium Cæsarum vocat.

II.

Quæritur autem: *An messium feriæ, (quæ & Caniculares, Rec. Imp. noviss. de anno 1654. §. 88. Canicular-Ferien/Ernd-Ferien/item Cereales dicuntur. Choppin. d. tr. c. 7.) omnibus, etiam iis, qui rus non colunt, v. g. Judicibus, Advocatis,*

E 3

Pro-

- 5 Procuratoribus & aliis communes sint? Negant Bartolus, summus juris Antecessor, in *l. 1. n. 1. C. de Agricol. & Censit. Speculator. lib. 2. P. 5. tit. de Feriis. §. 1. n. 8.* quos refert & sequitur D. Brunnemann, in *d. l. 1. C. de agricol. & Censit. & Tract. de processu Jur. Civili. cap. 6. n. 24.* Quam sententiam ad amissim juris examinatam & nos contraria veriore esse judicamus. *arg. l. 1. ibi: occupati. de fer. & d. l. 1. C. de agricol. & censit.* ex quâ lege, cum Bartolo, à contrario sensu colligitur, quòd persona, quæ non est occupata circa messem, eo tempore in jus vocari posset. Et quando Procuratores vel Advocati sunt constituti, qui non sunt occupati circa messè, cur non hi procedere possint, etiam tempore messis vel vindemiæ, modò jus dicatur. *Specul. d. l.* Et sanè rarum est, Advocatos circa rem rusticam occupari. Affirmant contra Scacc. *de judiciis. lib. 2. c. 5. n. 147. Spechan. cent. 1. q. 62. Hilliger ad Donell. Lib. 24. c. 70. Bachov. ad Tr. D. 2. bes. 9. lit. D. & in com. ad l. 1. b. t. Carpzov. Part. 1. Const. 3. def. 22. & de Processu. Tit. 10. artic. 1. n. 11. Hahn. in Observ. Wesemb. n. 7.* Qui respondendo *ad l. 1. v. occupati. b. t.* distinguit inter causam finalem ejusmodi feriarum & impulsivam: illam ait, esse occupationem plurimorum hominum, tum temporis circa rem rusticam: hanc verò occupationem litigantium, cujus mentionem fieri in *fin. d. l. 1.* At cessante licet causâ impulsivâ, non tamen cessare finalem. Verùm hoc non obstante, putamus Leges Romanas harum feriarum concessione non aliis, quàm circa messem verè occupatis, consulere voluisse. Et ratio dissentientium nihil aliud concludere videtur, nisi quòd occupatio ejus rustica, cujus operâ ad agendum causa necessaria nobis est, præbeat nobis excusandi causam Brunnem. *d. l.* Quicquid autem sit, fatendum omnino, eorum sententiam, qui messium ferias omnibus communes faciunt, in Praxi & foro tam communi quàm Saxonico receptam esse, quamvis, ut rectè judicat Brunnem. *d. l.* ea prote-
- landis

129
landis litibus ferviat. Vid. Carpzov. *d. loc.* Ratio fortè est, ca- 14
lor æstivus, qui in diebus Canicularibus, nimius esse solet,
l. 7. C. de feriis ob quem à laboribus gravioribus, quantum
licet, cessare non inconveniens est.

III.

Sed quid de Clericis, Professoribus, & Studiosis dicen- 15
dam, an & hi messium feriis gaudent? Communiter qui-
dem Interpretes etiam his & aliis in messe non occupatis,
feriarum beneficium, ob jam allatã rationem, attribuunt, id
tamen ubique locorum non observatur. Ecclesiæ ministri 16
in plerisque locis tempore messium, sacris vacare, & con-
ciones ad populum habere non cessant, quamvis in Comita-
tu nostro Schvvarzburgico, aliisque in locis, ubi Pastores
pagani salarium ex fructibus agrariis habent, aliud fervetur.
Nec in omnibus Academiis, ut in vicinã Salanã, & Gymnasiis, 17
ut Hallensi & aliis Scholis messium feriæ observantur. Non-
nullibi in Scholis trivialibus civitatum solummodo per
quatuor vel sex hebdomadas antemeridianum tempus pue-
rorum informationi locari solet. De Feriis autem Schola- 18
sticis pluribus vid. Tornurup. *in Satyr. Pers. pag. 33. & seqq.*
Ac quòd Scholæ cessaverint mense Julio ad Octobrem, ex
Martiali *lib. X. epigrammat. 62.* colligere vult Besoldus. *The- 19*
saur. Pract. v. Feriæ.

Epigrammatistæ verba sunt :

20

Ludimagister parce simplici tribæ :
Sic te frequentes audiant capillati,
Et delicatæ diligat chorus Musæ,
Alba Leone flammato calent luces,
Tostamque fervens Julius coquit messem.
Scuticaque loris horridis Scy hæ pellis,
Ferulæque tristes, Sceptra Pædagogorum,
Cessent, & Idus dormiant in Octobres,
Æstate pueri si valent, satis discunt.

IV. Cæte-

IV.

- 21 Cœterùm Feriæ messium ferè incipiunt ab octavo die Julii usque ad decimum quartum Augusti diem inclusivè. *Rec. Imp. Wormat. de anno 1512.* Sic in Camerâ Imperiali observatur. *Ordin. Camer. Part. 2. tit. 33.* von Vacanz und Ferien; & quidem juxta Vetus Calendarium. *Blum. de Process. Camer. tit. 62. § 12.* quam consuetudinem & aliorum Germaniæ Principum Curia ferè sequuntur.

V.

- 23 Ulteriùs sciendum, quòd licet Exceptio feriarum sit dilatoria, cùm temporis solummodo tribuat dilationem. *arg. l. 2. § seq. de Except. Menoch. de A. J. Q. lib. 4. Cent 3. cas. 240. n. 2.* in qualibet tamen judicii parte eã rectè opponi, cùm gravamen successivum habeat. *Vantius de nullit. tit. ex defect. jured. ordin. n. 130. Zanger. de except. P. 2. c. 7. n. 4.* Quòd si verò quis ad litis contestationem, publicationem sententiæ, vel alium actum judicialem à Judice in feriis messium citeatur, talis citatio nullas vires habet, & citatus comparere non tenetur. *Jason. in l. 1. §. nunciatio. n. 8. de NON. Zanger. d. l.* Quid verò, si judex exceptionem feriarum admittere nolit, an tunc appellationi locus erit? Omnino. Quamvis enim ob non servatas in citando messium ferias non appellatione sed exceptione opus habeat citatus, cùm exceptionem istam coram inferiore Judicio proponere liceat, secus tamen est, quod Judex exceptionem oppositam rejicit. *Dav. Mevius. Part. 2. decis. 276.*

VI.

- 26 Sunt autem nonnulli casus & causæ, in quibus feriarum ratio non habetur i. Si pietas urgeat, quando scilicet causa est debilium vel miserabilium personarum; quia in operibus in feriis ordiæ dierum distinctio non est habenda. *Innoc. Imolæ Panorm post gloss. in verb. pietas. cap. 5. X. de feriis.*
- 27 add. *Clem. sepè 2. de VS. 2.* Si necessitas exigat, ut judicialis strepitus

strepitus non conquiescat, veluti, si quid faciendum sit in
 iudicio intra certum tempus, quod de momento in momen-
 tum currit C. conquestus 5. Et ibi Dd. comm. de feriis. aut 3. cau-²⁸
 sa celeritatem postulet l. 28. §. 3. de iudic. l. 1. de damn. infect.
 ut si debitor de fugâ sit suspectus; Si testis sit senex & valetu-²⁹
 dinarius &c. aut tempore evanescere possit. Aut 4. Si quis
 feriis mesium expressè vel tacitè recipiendo diem renunci-
 asset. l. 1. ubi Dd. de fer. l. 6. ibi: nisi: x voluntate partium, d. t.
 Gail. L. 1. Obs. 53. n. 16. Felin. in cap. si diligenti. n. 20. de foro com-
 pet. Zanger. d. c. 7. n. 10. D. Ungebauer b m. ad tit. extr. de Fe-
 riis. n. 21. Et seqq.

CAPUT IX.

De non gravandis ruricolis in
 messe occupatis.

SUMMARIA.

Ruricola in messe occupati ex-
 traordinariis muneribus
 gravandi non sunt. n. 1.
 2. 3.
 Explicatur l. 1. C. de Agric. Et
 Censit. n. 3.
 Tempore messis rustici ab o-
 mnibus non necessariis exa-
 ctionibus Et operis immunis
 sint. n. 6. 7.
 Rustici belli tempore inviolabi-
 les sint. n. 8. 9.
 Laudatur Indorum mos rusti-
 cos tempore belli non capi-
 entium. n. 9. Et Belisarius Ju-
 stiniani Dux rusticis ne mi-

nimum quidè damnum in-
 ferri patiens. n. 10. 11.
 Carpuntur bodiernorum Du-
 cum conniventia Et negli-
 gens disciplina militaris. n.
 13.
 Mulleri iudicium de bodiernis
 militibus. n. 14.
 An rei iudicata executio messis
 tempore fieri possit? n. 15.
 Quod improbatur. n. 16. Et
 commodior via procedendi
 suppeditatur. n. 17.
 Laudatur Ummii opinio, exe-
 cutionem ullo feriato die fi-
 eri posse negantis.

F

I. Ja-



I.

- 1 **F**avor agriculturæ & messis ob publicam utilitatem, tantus est, ut colligendis agrorum fructibus occupati extraordinariis muneribus gravari non possint. Ita enim Imperator Constantinus, *ad Æmilianum P. P. in l. 1. C. de Agric. &*
- 2 *Censit. scribit: Nunquam sationibus vel colligendis frugibus insistentes Agricola ad extraordinaria onera tradantur: cum providentia sit, opportuno tempore bis necessitatibus satisfacere.* In his rebus, (ait Brunnem. in *d. l. 1.*) nisi opportuno tempore fiant, opera luditur. Justâ ergò ratione opportuno favore agriculturæ sunt fovendi, ab aliis quoque publicis muneribus eximendi, eò quòd perutiles sunt Reip. Lucas de Penna in *d. l. 1. Colum. 3. C. de agric. & cens. Boër. decis. 322. n. 11.* ubi agriculturæ laudes adfert. Hinc *Hungarorum* moribus scriptis traditur: Rustici tempore messis & vindemiæ ad labores gratuitos non coguntur. Choppin, *de Privil. Rustic. L. 2. c. 8.*

II.

- 3 Per munera autem *extraordinaria*, ad quæ colligendis frugibus insistentes agriculturæ, juxta laudatam Constantini Constitutionem, trahendi non sunt, videtur intelligi debere munera *personalia*, quæ corporis labore expediuntur, non
- 4 verò *patrimonialia*, prædiis rusticis inhærentia. Munera autem & onera ruricolarum hodiè ubivis ferè locorum in Germaniâ nostrâ tam multa & gravia sunt, ut graviora esse
- 5 vix possint. Tractantur enim quibusdam in locis miselli Rustici, ut mancipia & pecora. *Vid. Tract. nostr. de jure & statu pagor. Germ. cap. de oneribus Rustic.*

III.

- 6 Facessant igitur tempore messis operarum insolitarum exactiones, angariarum præstationes non necessariae, militaria exercitamenta, & omnia onera, queis collectio frugum
- 7 impeditur aut difficilior redditur. Conserventur Agricola immunes ab aulicorum, nobilium, potentum, rabularum mili-

militumque injuriis, molestiis & concussionibus, nec ullam
 importunitate vexentur aut defatigentur. Cum primis au- 8
 tem belli tempore inviolabiles sint. Notabile est, quod
 scribit Arianus, *rerum Indis. lib. 5.* Apud Indos [ait] nefas fuit, 9
 agricolas in bello capere, aut agrum eorum vastare. Reli-
 qui bellum inter se gerunt, seseque mutuò interficiunt: ipsi
 juxta eos tranquillè aut arationi, aut vindemiæ, vel fronda-
 tioni vel *messi* vacant. Belisarius Justiniani dux bellicus, 10
 tantam Rusticorū curam habuit, ut in ducendo exercitu ne-
 minem eorum violari, neminem inferri damna pateretur,
 ne poma quidem in arboribus pendentia milites sui attinge-
 re audebant. Eundem in expeditionem proficiscentem con- 11
 tra milites fructus pendentes incolarum, undè exercitus
 transibat, attingentes acerrimè invecum, illis verbis igno-
 miniam notantibus: *Vim afferre, & ex alienis pasci, turpe*
semper, ac probrosum videtur, memorat Procopius *lib. 4. de*
bello Vandal, & ex eo Casp. Klock. de Ærario lib. 2. c. 1. n. 55. Sed 12
 ubi hodiè tales duces, tales milites? Pleriq; hodiè de spretis
 militaris disciplinæ articulis, in quos solenniter jurarunt,
 absque ullo discrimine tam *amicos* quàm *hostes* impunè de-
 prædantur. Agricola & rustici mille modis vexantur, nec 13
 interdum vix in quadrantem horæ securi in campo laborare
 possunt. Proh pudor! Barbarorum Regum ac Turcæ Im-
 peratoris milites continentiores esse, quàm Christianorum
 Principum; ac disciplinam militarem apud Turcas meliùs
 servari quàm apud Christianos. Quid mirum, si illi ple-
 rumque victores, hi verò vincuntur? Judicium D. Mülleri, 14
in Tract. de Atheismo devicto. cap. 3. p. 42. de militum nostro-
 rum moribus, parum abit à veritate, quod tale est: *Es gibet*
der Gottlosen Soldaten heutiges Tags so viel / daß man bes
fürchten muß / der grössste Hauffe müste des Teuffels seyn.
Von Gott halten sie nichts / lästern ihn erschrecklich / verspotz
ten ihn; Wann sie arme Leute jämmerlich martern und peis
nigen/



051
nigen/ fragen sie/ wo ihr Gott bleibt/ warumb er ihnen nicht
Helffe; Sie fluchen erschrecklich und abscheulich zc. Sie könn-
nen mit Morden/ Todtschlagen/ Blut sauffen nicht ersätti-
get werden/ sie treiben Hurerey/ Ehebruch/ und alle Unflä-
terey. Sie rauben/ stehlen/ plündern/ lügen/ triegen/ sauf-
fen/ sie führen ein solch wüstes Wesen/ als ob die 10. Gebot sie
nicht angiengen. Bey vielen/ die Christen heissen/ ist kein
Blutstropffen Christlicher Liebe/ da ist keine Gnade/ keine
Barmherzigkeit/ kein Mitleiden/ sie treiben ein solch grau-
sames Wesen/ als ob sie wilde Bestien/ Löwen/ Bären/ Tie-
gerthier und Rhinoceroten wären zc.

IV.

- 15 Illud etiam hinc rectè quæritur: *An rei judicata execu-*
tio messis tempore fieri possit? Videmus in his terris non rarò,
executionem in ipsam messem fieri, dum signò, agro impo-
sito, frugum avectio per dominū jurisdictionalē prohibetur,
quod vulgò vocant, den Acker mit einem Wische bestecken.
16 Verùm hunc executionis modum minimè probare possu-
m9, propterea quod eò messis facilè per imbres ac tempesta-
tes perire vel corrūpi possit, & quòd debitor per messem im-
pediatur pecuniã vel mutuare, vel conquirere. Longè expe-
17 ditior executionis modus est, si finitã messe horreã occluda-
tur, quod vocant, einem die Scheuer schliessen, ita enim peri-
18 culum damni evitatur. Præterea nobis maximè placet sen-
tentia Iliconis Ummii simpliciter, negantis, executionem ul-
lo die feriato fieri posse *Tract. de Processu Disp. ult. thes. 17.*
Quamvis enim Afinius, & Roder. Svarez in *l. post rem judica-*
ram. de re judic. distinguant inter dies feriatos sacros & re-
pentinos, & inter eos, qui in utilitatem hominum invec-
ti sunt, quales sunt, feriæ messium, & vindemiarum; nihilomi-
nus tamen cum laudato Ummio contrarium æquius & verius
esse putamus.

CAPUT

CAPUT X.

De Venationibus ob tempus messis non exercendis.

SUMMARIA.

Reip. interest, messes promovendi. n. 1.

Carpitur mos Principum tempore messis venationem instituentium. n. 2. 3.

Venatio differenda, si fruges nondum collecta. n. 4.

Refertur Rescriptum Ernesti Ducis Saxo. Gotbani hujus

farina. n. 5. 6.

Reparationem damni à venatoribus per hujusmodi intempestivam avocationem rustici benè petere possunt. n. 7.

Adducitur Constitutio Bavarica. n. 8.

I.

Publicè interest, omnibus modis præcaveri, ne messis impediatur, & stantes agrorum fructus imbrium ac tempestatum incommodis subjiciantur. Inter damnosa messis impedimenta est Venationis usus, vel potiùs abusus, quando Principes [ut nonnunquam accidit] recreationis gratiâ tempore messis, venationes instituunt, & subditos ruricolos à necessariis messis operis ad præstanda servitia venatica zu Jagt- Diensten avocant, unde fit, quòd fruges non collectæ quandoque ab imbribus corrumpantur. Res sanè non minus absurda quàm iniqua, inter rurales subditorum sudores recreationem cum damno quærere. Quis restituet damnum, quod indè subditi patiuntur? Cùm hodiè multis in locis subditi non decimam, non octavam, non sextam, sed quandoque di midiam vel tertiam partem fructuum dominis suis præstare cogantur, quæ insania est, collectionem fructuum per venationes intempestivas cum proprio ac subditorum damno

F 3 impe-

he
na
tis
da
fo
sie
in
ne
u-
es

u-
ò,
o-
r,
n.
u-
-
n-
e-
a-
i-
n-
l-
7.
4-
e-
ti
i-
is

T

impedire? Nihilominus tamen videmus, nonnullos Principes à feris Actæonibus persuaderi, ut metuendum hujus damni periculum negligant.

I I.

- 4 Cùm etiam moribus Germaniæ, circa diem Bartholomæi, & sic finitâ messe, libera esse soleat ferarum venatio, quandoque autem ob tempestatem pluviolosam circa tempus illud messis nondum finiri possit, non iniquum est, solitum venationis tempus per aliquot dies proferri, ne per eã, ut fieri solet, stantibus adhuc in agro fructibus damna inferantur.
- 5 Hâc ratione optimus Princeps Saxo Gothanus, Dominus Ernestus, superioritatis jure vasallis suis, qui cum venationibus investiti, mandato publico injungere solet, ut hoc casu venationis usum differant. Mandati autem hujus Principalis tenor hic esse solet:
- 6

Von Gottes Gnaden/ Ernst/ Herzog
zu Sachsen etc.

Ich gebe Getreue; Aus was Ursachen dieses Jahr die Sommerfrüchte also zurück geblieben/ und verspätet worden/ daß dieselbe vor Bartholomæi nieder zu legen/ und dadurch die Felder zu dem / vermöge unserer Jagt-Ordnung umb solche Zeit wiederumb erlaubten Jagen und heßen der Haasen/ und was mehr zum Nieder-Weidwerck gehörig / zu öffnen/ auff der lautern Unmöglichkeit beruhet: daß ist Euch und männiglich bekant. Nachdem aber so unverantwortlich/ als schädlich seyn wolte / die nun auff dem Halme stehende Sommerfrucht durch bemeltes Jagen und Heßen vernichten zu lassen: Als begehren wir hiermit gnädigst / Ihr wollet in dē Feldern damit biß auff Crucis, wird seyn der 14. Septembr. ehest-künfftig in Ruhe stehen / damit uff den unvermutheten wiedrigen Fall/ und einlangende Beschwerde über erlittenen Schaden/ es weder dessen Ersetzung/ noch sonst bevorstehens
der

der Verantwortung und Einsehens bedörffe. Jedoch lassen wir geschehen/ daß das Pirschen/ wie hiebevör allezeit geschehen / also auch iso von dem Jahr Bartholomæi an / unverboten bleibe / und jedes hergebrachter Befügnuß nach exerciret werden möge. An dem geschiehet unser Meynung. Dat. III.

Si verò mandatum hoc à Venatoribus negligatur, non immeritò refractarii puniuntur, & ad reparationem damni adstringuntur. Equissima est Constitutio Bavarica, quæ habetur Part. III. Landrecht / tit. 16. art. 2. ubi cavetur: Wo iemand / Förster / Jäger / oder andere den Bauersleuten / ihr angebautes / sonderlich das erwachsene Getraidt / mit ihrer Unbescheidenheit fürseßlich verderben / soll demselben das Weidwerck auff 3. Jahr niedergelegt / und sie dennoch zu Erstattung des Schadens angehalten werden. Optandum foret in nostris terris similem Constitutionem introduci, & executioni mandari.

CAPUT XI.

De Pasculatione, stantibus in agro fructibus, prohibitâ.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| <i>Pascuatio mesii damnosa prohibenda. n. 1.</i> | <i>longissimum exercuerit, an tunc jus perpetuum acquisitum sit? Affirm. n. 6.</i> |
| <i>Refertur Constitutio Würtembergica. n. 2. & Bavarica. n. 3.</i> | <i>Probare debet jus hoc sibi asserens competere n. 7.</i> |
| <i>Animalia mesii noxam inferentia pignorare, non vero occidere licet. n. 4.</i> | <i>An liceat domino statim collectis frugibus agrum suum arare, & ita pasculationem impedire? Neg. si pastus communis est. n. 8.</i> |
| <i>Pascuatio, de mesii frugibus, licita. n. 5.</i> | |
| <i>Si quis occlusionis tempore pasculationem per tempus</i> | |

I. Quem.

I.

- 1 **Q**uemadmodum per venationes messi damnum infertur,
 ita etiam per pasculationem, quapropter ea prohiberi
 solet. Vid. Württembergische Ernd-Ordnung cap. 5. ubi ita
 2 *cavetur*: Es sollen die Schäfer und andere Hirten mit ihren
 Heerden bey drey Pfund Heller/ oder noch ernstlicher Strafs-
 se/ desgleichen auch die Metzger/ mit ihrem Viehe keines we-
 ges auff die Felder fahrē/ biß alle Zehendgarben auff dem Fel-
 de hinweg kommen/ und bevor auch die arme Leute nach
 Nothdurfft gnugsamlich gedhrt haben/ bey Straff eines gros-
 sen Frevels / so oft einer straffbar erfunden wird. Idem jure
 Bavarico cautum. Bavar. Land-Recht tit. 28 art. 5. ibi: Man
 soll das Viehe nicht uff die Aecker treiben / biß der Zehend
 eingebracht ist/ er sey gleich an Garben/ oder stehe noch auff
 der Wurzel/ doch daß der Zehendherr wider Gebühr nicht
 saumig sey. *Georgicis Legibus Harmenopuli Tit. de damno.*
 Prospectum est, ut si quis suæ partis messe collectâ, vicinisq;
 regionibus nondum demessis, pecora sua illuc deduxerit (ut
 hic loci fieri solet) aut alias damnum vicinis intulerit, flagris
 afficiatur, eumque cui damnum inflictum est, servet indem-
 3 nem. Choppin. *de Privil. Rustic.* 2. c. 7. In his ter-
 ris, quando per anseres, oves aut fues damnum datur,
 licebit pecora pignerare, damnum illatum, factâ inspectio-
 ne judiciali, aestimare, & dominum pecoris ad restitutionem
 damni condemnare. Suam autem culpam ipse pastor vel a-
 nimalium custos luit. Vid. D. Thomæ *Tr. de noxâ animalium.*
 cap. 17. Quidam occasione animalium messem suam defende-
 4 re solent, quod tamen justum non est, cum pignerationi lo-
 cus sit, Scotico tamen Edicto Kenneti Regis, anno 850. cau-
 tum scribit Choppin. *d. tr. L. 2. c. 5.* suem segetes edentem, aut
 grunno cultum subruentē agrum impunè occidere licuisse.

II.

5 **C**oeterum in agris messe factâ, quod in his terris ferè circa
diem Jacobi contingit, pastus juxta consuetudinem horum
 loco-

locorum liber esse solet; quod tempus vulgò tempus aper-
tionis, *offene Zeit* dicitur, sicut tempus stantium adhuc fru-
ctuum, tempus occlusionis, *verschlossene Zeit* / appellatur.
Pruckman. *vol. 1. conf. 14. n. 4.* Cothman. *lib. 3. Respons. 49. n. 58.*
D. Thomæ. *d. tract. c. 15. n. 14.* Quid verò, si quis per tempus 6
longissimum pastum in alieno agro, *etiam occlusionis tempore,*
exercuerit, ane indè jus sibi perpetuum adserere potest?
Adfirmandum videtur, si consensu vicini tacito pasculationē
exercuerit, quamvis res odiosa sit, & rixarum occasionem,
experientiā teste, præbeat, propterea quòd pasculatio ista
nondum collectis fructibus, *wann das Getreyde noch in*
Mandeln stehet / oder gleich uffgesamlet wird / non facile abs-
que damno fieri possit, cum primis si custodes animalium
malitiosi, negligentes vel avari fuerint. Si quis igitur jus 7
pasculandi omni anni tempore liberam in alieno fundo sibi
asserit, cūm præsumtio sit pro libertate & communi usu pro-
vinciæ, id apertis argumentis probare debet.

III.

Quæritur autem: an liceat domino statim collectis fru- 8
ctibus, agrum suum arare, *den Acker umbreissen /* & ita pascu-
lationem impedire? *Resp.* cujusque loci consuetudinem re-
spiciendam esse; ubi pastus est communis, in ejus detrimen-
tū, *zur Schmäler / oder Engerung der gemeinen Triffte /* nihil
peragere licet, cum primis, quando is multitudini pecorum
non sufficit.

CAPUT XII.

De Custodibus & Inspectoribus messis,
Glurschützen / Feldstüglern.

SUMMARIA.

*Messis securitati magistratus
prospicere solent custodes
ordinando. n. 1.*

*Refertur Ordinatio Saxo-Go-
thana de his custodibus. n. 2.
& eorum officio. n. 3.*

G

Visita



93
*Visitatores campestris constitui
reip. interest. n. 4.
Refertur Constitutio Würtem-*

bergica de his. n. 5.

*Via per messem insolita ne fi-
ant, bene cavendum. n. 6. 7.*

I.

- 1 **C**um agrorum fructus, cum primis tempore messis, hominum tenuiorum rapacitati patere soleant, securitati eorum publicè prospiciendum. Solent autem quibusdam in locis à Magistratu certi agrorum custodes & inspectores
- 2 constitui, quos *Feld- oder Fluhr-Schützen* vocant. De his est *Ordinatio Saxo-Gothana, Part. 2. cap. 3. tit. 27. ubi ita cave-
tur: Diweil die Feld- und Garten-Dieberey fast gemein ist/
und niemand das Seinige recht behalten kan, aber billich da-
hin zu sehen ist/ wie das demselben stehlen auff's beste gesteuert/
und ieder bey dem Seinigen erhalten werden möge: Als wol-
len wir/ das man bey allen Städten / Flecken und Dörffern
unserer Fürstenthume und Lande darauff bedacht sey / das
mit ein oder mehr geschworne Schützen geordnet werden.
De eorum officio in eadem Ordinatione hæc habentur: Die*
- 3 *Fluhr-Schützen sollen bey Antretung ihrer Dienste ernstlich
befehliget werden / auff solche Feld- und Garten-Diebe / und
diejenige / so sonst in Feldern schaden thun / zu Tag und
Nacht gute Aufsicht zu halten / und niemand hierinnen nach-
zusehen / sondern diejenige / welche über der That betreten
werden alsobalden zu pfänden / und die Pfande zum Wahr-
zeichen in die Gerichte / alldar ihnen hingegen zu ihrer Pfand-
gebühr geholffen werden soll / nebst umständlichen Bericht /
wie es umb den verübten Diebstahl und Schaden bewandt /
einzuliefern. De his plura vid. in Tract. nostr. de districtu u-
niversit. agror. cap. ult.*

II.

- 4 **U**tilissimum etiam eorum hominum in Republica est officium, quibus cura incumbit, ut videant, ne agri, vineæ, horti &c. malè colantur, & campestria damna præcavean-
tur

tur ac avertantur. Speidel. in *Specul. notab. verb. voc. Feld.*
In Ducatu Württembergico tales Inspectores & Visitatores
campestris vocant Feldstücker, de quibus est Ordinatio Pro-
vincialis, Tit. 47. von Feldstücklern, cujus tenor hic est:

Damit unser / auch der Witwen / Wäysen / Pfrönden / und
ander Pflegereyen und Unterthanen / einige und Landgebige
Güter / von den Bauleuten / wohl und nützlich iederzeit ge-
bauet und der gemeine Nutz dadurch befördert werde. So be-
fehlen und wollen wir / daß unser Ambtleut und Gericht in je-
der Stadt und Ampts-Flecken / drey oder mehr Personen /
nach Gelegenheit ieder Stadt und Fleckens / so des Ackers
und Weingartbaus bericht / die zween vom Gericht / die ander
vom Rath oder Gemeind / zu rechten Feldstücklern setzen und
verordnen / auch mit Pflichten und Eyden beladen sollen / zu
allen Drihen und Arbeiten des Ackers und Weingartbaus /
durch das ganze Bau Feld am Acker und Weingart zu gehen /
auff solche bau- und Landgebige Güter zu sehen / ob die zu je-
der Art recht gebauen / und wo ein Arth unterlassen / oder in
Bau gebracht / denselben bey sonder auffgesetzter Straff / zu
einen Abtrag des Unbaus und Schadens / nach Gelegenheit
und Gestalt der Sachen / zu geben erkennen und hirunter ier-
mand verschonen. 2. Doch wo sich einer eines Bescheids
von solchen verordneten Gefellen / beschweren / und vermeis-
nen wolt / darmit der Sachen noch überlängt seyn worden / so
mag einer sich des für ein ganz Gericht selbigen Orths beruf-
fen / alsdann soll auch selbig Gericht / auff des beschwerten
theils Kosten / in das Feld / auff das Guth / so also Unbaus hal-
ber erkant worden / gehen / den Unbau und Gelegenheit der
Sachen / in Augenschein einnehmen / und dieser unser Ord-
nung nach erkennen / das recht ist / was alsdenn daselbst von
einem Gericht erkant wird / darbey soll es endlich ohne einige
ferner Beschwerung beruhen.

3. Und die weil auch mancher befunden wird / der seines

G 2

Bauk

fi-
ni-
o-
in
es
nis
e-
st/
a-
et/
ole
rn
a-
n.
ie
ch
nd
nd
ch
en
r-
d-
t/
t/
u-
st
a,
n-
ur

Faullenkens oder Fahrlässigkeit halber/seine eigene Güter in
 Unbau gerathen läßt/welches nicht allein solchen Leuten/ihren
 Weib und Kindern / sondern auch dem gemeinen Nutzen
 nachtheilig / so wollen wir / daß auch gleicher Gestalt mit ei-
 nes jeden selbs eignen Gütern/ so einer ihme selber baut/den
 Unbau nach/ wie oben/ mit der Strafferkent und gehandelt
 soll werden.

III.

- 6 Cùm etiam per mediam sæpè segetem homines trans-
 euntes per lasciviam viam facere soleant, etiam id damnum
 per agrorū Inspectores, diligenter avertendum certâ in eos,
 qui sic segetem conculcant, statutâ pœnâ. *Indigni sunt, (ait*
Osiander, in Matth 12. cap) ut pane vescantur, qui sata aut se-
getem corrumpunt, & viam faciunt, ubi nulla fuit antea, sege-
getemque conculcant. Hi meminisse debebant illius Salvatoris,
 7 *Matth. 7. v. 12. Lege Ripuariâ Tit. 46. ita cavetur: Si quis per*
messam alienam cum carro vel cum carrucâ transierit, is solidis
mulctatur.

CAPUT XIII.

*De Delictorum, quæ circa messem &
 agrorum fructus commit-
 tuntur, punitione.*

SUMMARIA.

<i>Furta in agris hodie frequen-</i> <i>tia. n. 1.</i>	<i>Pœna hujusmodi furum eadem</i> <i>que aliorum. n. 4. 5.</i>
<i>Refertur Sanctio Carolina de</i> <i>furto agrorum. n. 2.</i>	<i>Eduha auferens arbitrariè pu-</i> <i>nitur. 6.</i>
<i>Explicantur voces die Frucht</i> <i>die Nahrung/ in d. sanctio-</i> <i>ne. n. 3.</i>	<i>An liceat fruges in via decer-</i> <i>pere, illisque illico vesci?</i> <i>Quod affirmatur de jure</i> <i>divino</i>

divino & canonico. n.7. &
de jure communi. n.8. 9. 12.
& de jure Saxonico. n.10. 11.
quod tamen hodie plerumq;
legibus provincialibus mu-

datum est. n.14.
Quomodo puniendus qui mes-
sem incendit? n.15.
Messes noctu depascentes gra-
viter olim puniti. n.16.

I.

Frequentissimum hodiè est furti delictum, quod in agro-
rum fructibus, circa messem noctu & interdiu, committi
solet, cum primis iis in locis ubi pascua & arva non adeò co-
piosa, da das Fluhr und die Trifften enge, quæ pecorum
multitudini, quam subditi alunt, non sufficit.

II.

De furto autem in agrorum fructibus admissio est *Arti-
culus 167. Nemesis Carolina*, cujus sanctio hæc est: Wer bey
nächtlicher Weile (ut plerumque fit) iemand seine Frucht/oder
der auff dem Felde seine Nutzung/ wie das alles Nahmen hat/
heimlicher und gefährlicher weise nimmet / und die hinweg
trägt oder führet / das ist auch ein Diebstahl / und wie ande-
re Diebstähle vorgemelter massen zu bestraffen. Desgleichen
wo einer bey Tage iemands an berührten seinen Früchten/die
er heimlich nehme / und hinweg trüge / grossen mercklichen
und gefährlichen Schaden thät / ist auch/ wie ob stehet / für
ein Diebstahl zu straffen. Wo aber jemand bey Tag essen-
de Früchte nehme / und damit durch wegtragen desselben
grossen gefährlichen Schaden thät / der ist nach Gelegenheit
der Person/ und der Sach/bürgerlich zu straffen / wie an dem-
selbigen Ende/ da der Schade geschicht / durch Gewonheit
oder Gesetz herkommen.

Ubi sciendum i. quod appellatione vocis Frucht, in
specie intelligatur frumentum, triticum, hordeum &c. Ita
enim quibusdam in locis voc. Frucht accipitur; undè phra-
sis, die Frucht gelte nichts. Vocabulo autem der Nutzung
veniunt alii agrorum proventus. Aliter D. Tabor, in ana-

G 3 lyt.

lyt. exposit. d. artic. §. 1. & seqq. ubi etiam notat, quomodo vocabula fruges & fructus distinguantur. Vid. Gædd. ad l. frugem 77. de V. S.

4 2. Sciendum, quod juxta hanc Constitutionem fures nocturni fructuum stantium sive pendentium, poenâ furti ordinariâ teneantur. *Verb. wie andere Diebstähle.* Vid. Carpzov. *Pract. Crim. quest. 83.*

5 3. Quòd qui fructus interdium surripiunt, magnoque damno homines afficiunt, eadem poenâ plectantur.

6 4. Quòd edulia vel comestibilia, ut poma, pyra, uvas, nuces &c. *qua non magni sunt pretii*, ex agris vel vineis auferens, pro qualitate facti & personæ, non furti poenâ ordinariâ, sed civiliter & arbitrariè secundum loci morem & statutum puniendus sit.

III.

7 Quæritur autem: *An liceat spicas evellere, & in diò comedere; item poma, pyra, nuces, uvas &c. decerpere, iisque illi- cò vesci?* Quod jus Divinum attinet, de eo est Textus in Deuteronomio, *cap. 23. vers. 24. & seq. Matth. 12. v. 1.* qui textus adducitur *in Can. discipulos 26. de consecrat. dist. 5.* Ita autem scribit Moses *in d. cap. Ingressus vineam proximi tui, comede uvas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Si intraveris segetem amici, franges spicas & manu conteres, falce autem non metes.* Hoc autem privilegio uti Judæis licebat in terrâ Canaan, regione fertilissimâ, & cujus cultura non magnò constabat. *Luc. Osiander in explic. dict. textus.*

8 Quod verò jus commune attinet, in eo quidem nihil specialiter dispositum reperitur, nisi quòd Imperator Fridericus in Constitutione suâ, quæ habetur *2. Feud. 27. §. ult.* sanxerit, iter facienti equum suum pabulare volenti licitum esse debere carpere gramina, quatenus in viâ stans amplecti sive attingere possit, & porrigere equo, modò pabulatio fiat sine vastatione & ingenti damno fundi. Restringunt autem
9 Inter.

Interpretes hanc Constitutionem permissivam *ad casum necessitatis*, si scilicet equus delassatus refectione indigeat, nec alia media suppetant. Coras. *ad l. 1. n. 137. de servit.* Godofred. *in d. 2. F. 27. verb. ad refectionem.* Boër. *ad Consuet. Bitioric. tit. 10. §. 4. add.* D. Joh. Thomæ. *de noxâ animal. cap. 15. n. 27.* ubi ait, quòd licet fortè juris ratio non habeatur in jure civili. Gloss. Latina ad Text. *Landrecht lib. 2. art. 68.* vestigium tamen ejus reperiri in jure divino. *Matth. 12. v. 1.*

IV.

Ab hac Friderici Constitutione in hoc passu minimè abit 10
 jus commune Saxonicum, *Landrecht. lib. 2. art. 68.* ubi dicitur: *Erligt einem wegfertigen Manne sein Pferd / er mag wohl Korn schneiden / und ihme das zu essen geben / als ferne er das gereichen mag stehend im Wege mit einem Fusse / aber er soll es nicht von dannen führen / noch wegbringen zu seinen Nutz.* Cui non contradicit alius textus in *Landrecht. lib. 2. II*
art. 39. ubi hæc verba leguntur: *Welch wegfertiger Mann Korn auff dem Felde frezet / und das mit sich nirgend hinsühret / der gilt den Schaden nach seinen Bürden.* Potest enim hic textus accipi de eo, qui pabulatur citra necessitatē, aut de eo, qui non juxta viam, sed in medio fundo equum pascit: aut quod gramen quidem carpere liceat, non tamen equum immittere. D. Thomæ *d. c. n. 29.*

Ut verò ad quæstionem redeamus, transeuntibus via- 12
 toribus ob famem licere putamus, aliquo spicas evellere & comedere; *arg. d. Textus sacri*, qui universaliter nullibi est sublatus. De consuetudine servari hoc jus divinum, ait Cœpolla *de Serv. Rustic. c. 20. n. 3.* modici enim hujus damni ratio nulla haberi potest: Putamus itidem, esurientibus unam 13
 atque alteram uvam, pomum &c: decerpere, & eo vesci. Atque *Constit. Carol. artic. 167.* verb. *n. ihme und wegtrüge*, à contrario sensu *2. T. 27. §. ult. de Can. discipulos 26. de consecr. dist. 5. vid. Carpzov. Pract. Crim. q. 83. n. 33.* Nisi ubi provinci-
 alibus

alibus legibus, statutis & mandatis, id prohibitum, *Cœpolla dict. loc.* quemadmodum ejusmodi prohibitivæ leges plurimis in locis Germaniæ extant & in hunc finem constituuntur *Weinberhüter/weinbergsschützen.* Vid. Covarruv. *in c. peccatum de R. J. in 6. §. 1. secunda part. n. 2. Ripa in l. damnum. Col. 2. de damn. infect.* qui ait, fructus seu uvas statim in vineâ seu viâ comedere licere. Et sic limitanda est sententia Carpzovii, *supra laudato loco.* D. Joh. Otto Tabor *analyt. exposit. artic. 167. tbes. 8.* ubi ait id hodiè experienciâ teste non ubique impunè fieri. Bocer. *Tr. de furt. c. 2. n. 105.* Add. Osiander. *in d. loc. Deut.* ubi inquit: *hodiè in nostris regionibus alia sunt leges & consuetudines, quibus parendum est. Rom. 13. v. 1. Invenias tamen hodiè in Germaniâ quibusdam locis banc laudabilem consuetudinem, quâ liceat viatori uvas pro refectioe decerpere.*

V.

Ulteriùs hîc quæritur, quomodo puniendus qui messem incendit, *der die Mandel uff dem Felde ansteckt / oder die stehende Feldfruchte abbrennet?* *Resp.* eum ordinariâ ignis pœnâ plectendum. Vid. Carpz. *Pract. Crim. q. 38. num. 36. ubi n. 33.* eandem pœnam contra eum, qui horreum frumentarium incendit, locum habere ait.

VI.

Lege XII. Tabul. acerbissima iis pœna est constituta, qui ruges excantassent, aut messem aratro quæsitam nocte furim depascerent. Sic gravissimè plectebantur messium incisores in Africâ, & in Mysiâ, vitium, *l. aut facta. de pœn.*

CAPUT

CAPUT XIV.

De horreis frumentariis.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| <i>Horrea avertendi incendii causa inter mœnia extruenda non sunt. n. 1.</i> | <i>inter res mobiles referenda? remissive n. 10.</i> |
| <i>Servitus temonis das Reichsel Recht in Bavaria frequens & qualis. n. 2. 3.</i> | <i>Horrea publica Romanorum recommendantur. n. 11. 12.</i> |
| <i>De litibus circa invehendas fruges celeriter & de plano sopiendis. n. 5. seqq.</i> | <i>Siquis habet horreum in solario communi, an eum frumento implere possit? n. 13.</i> |
| <i>Explicatur l. 60. ff. de A. R. D. n. 9.</i> | <i>Jus excutiendi frumentum in aliena area qualis servitus. n. 14.</i> |
| <i>Molendina pneumatica num</i> | <i>ventum edificando non licet vicina adimere area. n. 15.</i> |

I.

FRUCTUS agrorum collecti recondi solent in horreis seu Granariis, quæ Germanis Stadel dicuntur, Scheuren/Scheunen/ &c. Ejusmodi autem horrea frumentaria intra urbis vel oppidi pomœria, avertendi incendii periculi gratia quibusdam in locis exstruere non licet, sed ea certo in loco extra civitatis muros posita videmus.

II.

Habent autem aliqui domos vel horrea valdè angusta, ita ut oblongum illud lignum, inter equos intermedium, continens jugum in plastro vel curru, quod die Reichsel appellant, non possint commodè in suo continere, undè cum vicino conveniunt ut liceat foramen aperire, & temonem

H

vel

601
vel in ipsius aream, vel horreum, vel alium locum porri-
gere. Et hanc servitutem prædialem rusticam in Bavariâ
3 frequenter esse, ait Casp. Manzius. *de Serv. rustic. præd. tit.*
4 *III. n. 359.* & dicitur das *Zeichsel- oder Zeixel-Recht.* *Idem n.*
362. ait, adjici huic servituti quandoque modum, ut videlicet
tantum tempore messis, in der Erndenzzeit / quo frumenta in
horreum convehuntur, vicinus foramen apertum habere, &
ejusmodi protensionem vel immissionem temonis pati ab
altero cogatur.

III.

5 Frequentes etiam lites inter vicinos esse solent wegen
der Einfarth / dum propter loci angustiam vicinus frumen-
tum plastro impositum, ad horreum suum commodè con-
vehere non potest, etsi alterius aream pertingat. Similiter
6 contentiones, & rixæ indè oriuntur, quando plastrum fru-
mentarium per vicini agrum ducitur; Hujus autem generis
7 lites, & controversiæ, præviâ oculari inspectione loci, pro-
pter favorem messis, celeriter, de simplici & plano, juxta æ-
quum & bonum per Judicem decidendæ ac sopiendæ sunt, ne,
8 ut inter rusticos moris est, partes ad arma veniant. Si igitur
messis ab agro in horreum non aliter convehi potest, quàm
per vicini agrum vel aream, nec naturalis servitus agro in-
hareat, pro certâ pensione vel pretio judex confinitimum ad
præstationem viæ cogere potest. Vid. Nic. Boër. *decis. 322. per*
101. Bernh. Schotanum. ad w. Diss. 27. tbes. 21. D. Struv. ad Lib. 8.
x. de servis. tbes. 29.

IV.

9 Illud etiam occasione *leg. 60. de A.R.D.* hîc monemus,
horreum frumentarium à Jcto in *d. l.* inter res *mobiles* refer-
ri, quod de tali horreo accipiendum, quod ad usum non di-
urnum ex tabulis ligneis exstructum est, ita ut terræ vel pla-
nè non, vel saltem leviter cohærens in alium locum facile
trans-

transferri possit. Id autem de horreis seu granariis nostris
 dici non potest. Frustra etiam nonnulli per rationem dictæ
 Legis probare nituntur, molendina pneumatica, die Wind-
 mühlen, exemplo horreorum, inter res mobiles referri de-
 bere, de quâ quæstione post Hering. *de molendin. q. 8. n. 40.*
& seqq. Finckelth. Diss. feud. 3. controv. 20. Vid. Henr. Hahn.
ad Wesemb. de rer. divis. n. 4.

V.

Cœterùm de horreis publicis, in quibus frumentum
 publicum apud Romanos, tempore necessitatis, vel ad usum
 belli recondi solebat, vid. Dd. *ad tit. Cod. de conditis in horreis*
publ. Qualia horrea, ut in Germanicâ etiam Republicâ, ob
 continua tempora turbulenta, passim exstruerentur, maxi-
 mè optandum esset, quippe quæ velut Landes Magazine/
 publicis necessitatibus, cum primis tempore guerræ, optimè
 inservire possent.

VI.

Si quis habeat horreum in solario communi, an cum
 frumento implere possit, quærit Cœpolla. *Tr. Servit. rustic.*
cap. 22. n. 1. & affirmat, quòd dicatur uti re communi ad u-
 sum destinatum. *l. si communes ades. commun. div. & not. in l.*
Sabinus d. tit. si verò nimium ponderet (ut Cœpolla loqui-
 tor) ita quòd solarium non possit sustinere, tunc ait cogi pos-
 se ad sublevandum pondus. *per l. cuius edificium de Serv. urb.*
pred.

VII.

Quandoque jus excutiendi frumentum in areâ alienâ
 jure servitutis competere potest, qualem servitutem prædia-
 lem rusticam esse ait Manz. *de Servit. rust. pred. tit. 3. n. 352.*
 ita tamen ut jure quodam singulari personæ concedi, & cum
 eâ interire posset. *per l. Mela. 14. de alim. & cibar. leg.* Weize-
 negg. *de servit. Dissert. 4. c. 7. n. 15.*

H 2

VIII. Si



VIII.

15 Si non potest haberi ventus ad triturandum bladum,
[ut loquitur Boërius. *decis. 322. n. 12.*] sive frumentum, nisi ab
unâ parte, vicinus non potest in illâ parte & latere (licet suâ)
ædificando tollere, & impedire ventum, quamvis nulla de-
bita sit servitus per textum singularem in *l. ult. l. ult. C. de ser-
vit. & aqua* & hoc ob favorem utilitatis publicæ, ne inutilem
aream domino & fructuum inutilitatem faciat, ut dicitur
in textu. Vid. Alber. Salic. & Dd. *in d. l. ult. Cœpoll.*
de Servit. urb. c. 125. 127. & 129. Boër.
d. decis. n. 12.

T A N T U M.

DEO SIT GRATIA
&
GLORIA IN ÆVUM.

ADDEN.

ADDENDA.

I.

Finitâ messe, quibusdam locis laudabili more introdu-
ctum, Deo optimo, pro conservatione messis, frugum-
que ubertate solemnes certo die agere grates. Sic Gen-
tiles Agricolaë, Diis immortalibus fœcunditatem votisque
ac muneribus collectis acceptam ferre, solebant. Ex quo
rusticus apud *Tibullum* ait :

Ne spes destituat, sed frugum semper acervos
Præbeat, & pleno pingua musta lacu :
Tum veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida ferta lapis.
Et quodcunque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.
*Flava Ceres, tibi sit nostro de rure corona
Spicea, qua templi pendeant ante fores.*
Vos quoque felicitis quondam, nunc pauperis agri
Custodes fertis munera vestra lares.
Agnâ cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet Jo! messes, & bona vina date.
Messe dehinc factâ, & collectis fructibus hoc præcipuum
Diis reservabant
Agricolæ prisca, fortes parvoque beati
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem :
Ut cum operum sociis, puerisque & conjuge fida,
Tellurem porco, Sylvanum lacte piarent,
Floribus & vino Genium memorem brevis ævi.
Indè etiam ab antiquis paganis Rubigalia Festa, Floralia, vi-
nalia fiebant quotannis ad fruges conservandas, ut sementi-

H 3 nase-



QK 114 2666
næ feriæ, à sementibus faciendis, Plin, lib. 18. c. 29. Quintil.
L. 1. cap. 9.

II.

In quibusdam locis moris est, messorum spiccam coronam domino offerre, quod vocant, das Anbinden/ qui eis honorarium, aliquod offerre solet. Nonnulli ejusmodi Corona spicea à messoribus subditis Principi offertur, quibus vel pecunia, vel amphora cerevisiæ præbetur.

III.

In iis locis, ut in Electoratu Saxonico, quibus rusticis cerevisiam coquere non licet, quandoque tempore messis id permitti solet. Vid. Churfürstl. Edicten de anno 1653. & 1657. Tit. Justitien Sachen. Rubr. Wie es die Bauerleute mit den Erndtrinken halten sollen: ibi: So viel das Erndetrinken / so die Bauerleute gegen die Erndte vor sich und ihr Gesinde uff denen Dörffern zu brauen pflegen / so wollen wir dasselbe an denen Orten / wo es bishero bräuchlich gewesen / zwart nochmahls zulassen / iedoch hierbey zu Vermeidung alles Unterschleiffs verordnen / daß die jenigen / so dergleichen geringes Trinken oder Kosend zu brauen benötigt / sich zuvor bey denen Gerichts-Herren oder Beambten angeben / und gründliche Anzeigung wegen des Schutt und Gusses / wie es etwa die Verträge und Herkommen mit sich bringen thun / und darauff solch geringe Erndetrinken oder Kosend vor sich und ihr Gesinde unter dem freyen Himmel brauen sollen. Coeterum in Comitatu nostro Schvartzburgico jus braxandi omnibus pagis concessum esse, monuimus in Tract. de jure & Statu pagor. German. cap. de mercaturâ rustic. ; Ibidem moris est, in die Jacobi, qui ferè in medium tempus messis incidit, agricolas in messe occupatos aliquantò largius bibere, quod vocant Jacobs-Stärke trinken.

F I N I S.

1077
115

B. N. II
h. 69, 1

M

AH

Sumpt

7943)

II k
2666

US

SE,

echt.

SCHII D.

den/Bibliop.

IV.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

